vel presbyter vel omnis omnino qui est sub ecclesiastica regula constitutus preter concilium vel literas eorum qui sunt infra prouinciam, et maxime a metropolitano ad imperatorem perrexit, quod abdicetur et exiciatur a comunione et a propria dignitate. Sed si necessitas cogit eum ire quod vadat cum deliberatione et consilio metropolitani et episcoporum ipsius prouincie, et hoc sit satis consonum alijs iuribus: ut. xxj. q. v. quasi per totum, Considerandum uidetur si expediret iura huiusmodi obseruari.

Rubrica. xvij. De Neophitis et indignis et insufficientibus et claustralibus non promouendis ad ecclesiasticos gradus et cardinalatus. Et quod nullus etiam fauore ecclesiastico vel regio promouetur: nec aliquis qui nesciret illa que pertinent ad officium suum: et quod etiam nulli nisi doctores in episcopos, archiepiscopos et cardinales promouantur.

Item cum in tertio capitulo concilii Laodiceni continetur secundum ultimum capitulum apostolice regule, quod neophiti non promouantur, per quos secundum Gregorium intelligere possumus qui repete in clericatus vel in religionis habitu sunt plantati, et ad ambiendos honores ecclesiasticos anhelant: ut quadragesimo octaua distinctione, sicut. Et dictum concilium sit conforme primo capitulo secundum concilii Arelatensis, et alijs consimilibus iuribus: ut eadem distinctione per totum, quinquagesima nona distinctione per totum. et sexagesima prima distinctione. in octo primis capitulis et concilii Chalcedonensi. in quibus quidem concilijs et iuribus continetur quod ex laicali statu et ex gradibus

De modo generalis Conci. celebrandi. Fo. XXI

Oratio diei secunde.

Mstrorum tibi domine curantes genua cordium quesumus, ut bonum quod nobis a te requiritur, exequamur, ut prompta. scilicet sollicitudine gradientes, discretionis ardue subtile iudicium faciamus, ac misericordiam diligentes, clareamus studijs tibi placite actionis.

Oratio diei tertie.

A te domine interni clamoris uocibus proclamantes, unanimitate postulamus, ut respectu tue gratie solidati, precibus et utis tue efficiamur itrepidati, tuumque valeamus uerbum cum omni fiducia loqui.

Sane predictus ordo descriptus ab Ysodoro qui eius temporibus in celebrandis concilijs seruabatur, fuit positus supra, exceptis orationibus intus c. iij. concilii Toletani. quod incipit uilam. Alia uero. c. de quibus facit Ysodorus mentionem, sunt in decretis. scilicet xvij. c. tertium concilii Toletani. ponitur. xvij. distinctio. c. ultimo. capitulum martini. e. distinctio. propter ecclesiasticas. ij. et infra. xvij. c. Chalcedonensi. e. distinctio. peruenit. xxv. c. concilii Agathensi. e. distinctio. episcopus. primum. c. xj. concilii Toletani. v. questio. iij. in loco.

Rubrica. xv. de sortilegijs diuinatoribus et consimilibus euitandis et puniendis.

Item continetur in penultimo. c. concilii Ancharitani quod illi qui auguria siue somnia vel diuinationes quaslibet secundum morem gentilium obseruant aut in domos suas huiusmodi homines introducunt, in acquirendis aliquibus arte magica aut domos lustrant, ut confessi

quinquennio penitentiam agant. Et cum dictum ius et consimilia extra de sortis. et. xxvi. questione. i. ij. et. v. non seruetur, uideretur utile quod prouideretur per concilium quod predicta iura seruarentur et quod omnia philacteria et sortilegia quibus mundus infectus est, tollerentur: sicut etiam continetur in. xxxv. capitulo concilii Laodiceni. et in vigesimo quinto. capitulo concilii Arelatensis posito. vigesima septima questione quinta si quis clericus. et in vigesimo octauo capitulo quarti concilii Toletani, in tertio Concilio Chalcedonensi. quinquagesimo nono et sexagesimo capitulo et etiam septuagesimo secundo tertio et quarto.

Rubrica. xiiij. de etate presbyterorum et aliorum promouendorum in ecclesia dei etiam ad Cardinalatum.

Item cum in. xj. c. c. Neocesarie. quod incipit presbyter, statutum fuerit quod presbyter ante xxx. annorum etate non ordinetur quous sit probabilis uite, Sed obseruetur usque ad presinitum tempus: quod trigesimo anno dominus baptizatus est: et tunc predicauit, et cum a dicto concilio posito. lxxvij. distinctione presbyter ante trigesimalium annum. et ab alijs iuribus eadem distinctione positus recedi non debeat nisi necessitas id exposcat, scilicet Zacharia Papa. xxv. an. presbyteri ordinari. ea. di. si. xxx. uideret considerandum si esset utile dicta iura seruari propter periculum fornicationis que nec unquam ante dicta tempora contrahitur et postmodum expiatur. extra de presump. cum in inuentute. Et quod etas constituta in episcopis et etiam regula apostolica in promotione cardinalium seruaretur. Uideretur etiam utile quod leuite et uirgines ante. xxv. annos non consecrarentur sicut continetur in. iij. c. iij. concilii. Carta

ginen. et in alijs concilijs et iuribus. xx. q. i. §. Tempus. cum quatuor sequenti bus. In primo autem capitulo. iij. cōci. Arelaten. continetur quod diaconus ante vigesimum quintum et presbyter ante trigessimum annos non ordinetur. Idem in decimo octavo. et in decimo sexto capitulo. concilij Agathen. et in decimo nono capitulo. quarti concilij Tolentani et in vigesimo canone. iij. concilij Bracharen.

Rubrica. xiiij. de. vij. diaconibus cōstituentis et in qualibet ciuitate.

Tem cum vltimum. c. dicti concilij Neocesariensis. quod septem sint diaconi in qualibet ciuitate secundum quod liber apostolorum insinuat, quod capitulo. ponitur. nonagesimatertia distinctioe Diaconi qui. z. c. Diaconi in. vij. et assumitur ex actibus apostolorum. cap. vij. et alia iura consimilia non seruantur. Videt considerandum, an expediret dicta iura seruari. vt cultus non diminueretur diuinus que expedit ampliari. extra de rescrip. quia per ambitionem. libro. sexto Ad hoc concordat septuagesimaseptima rubrica infra posita. Et quod puidet refertur in romana ecclesia que caput est aliarum, et in cathedralibus et alijs, officia cum deuotione et solennitate debita et solita agerent. Et insuper ordinarentur certi ministri electi, sufficientes et approbati qui in maioribus altaribus ecclesiarum cathedralium deseruierent. Cum interdum tales ponantur qui sunt in scandalum populi et derisam.

Rubric. xv. de clericis presbyteris alterius regionis linguarum et ecclesie non recipiendis, nec promouendis in alienis regnis et ecclesijs, nisi ibi eligant mansionem quod diu alij sufficientes reperiatur in regnis ciuitatibus et

ecclesijs proprijs.

Tem cum in penultimo capitulo Neocesariensis. continetur quod presbyteri conregionales presentibus episcopis vel presbyteris ciuitatis non ministrarent. Et in concilio Niceno cap. xviij. posito septuagesimaprimum distinctione clericos, continetur quod clericos in singulis ecclesijs constitutos non liceat in alterius ciuitatis ordinari ecclesijs. Sed quiescat quis in ecclesia in qua ab initio ministrare meruit. Et per celestinum Papam constitutum fuerit quod de altera ciuitate non eligatur episcopus, si de ciuitate ipsius clero inueniatur idoneus: quod primo reprobandum sunt illi alij de alienis ecclesijs preferantur. Cum vnusquisque sue militie fructum in illa ecclesia recipere debeat in qua per omnia officia trāsegit etate: nec in aliena stipendia alter rapere debet nec alij debitum alter sibi audeat vendicare mercedem. Et si contrarium factum fuerit facultas detur per dominum Papam clericis renitenti si se viderint pregrauari et refutari que sibi ingeri viderint ex aduerso non timeant. et per eundem celestinum statuatur quod peregrini et extranei et qui ante ignorati sunt non preferantur his qui in suis ecclesijs enutriti sunt et quod per eos non excluderentur illi qui suorum ciuium bonum merentur habere testimonium. sexagesimaprimum distinctio. nec emeritis et capitulis nullus. Et secundum quod Gregorius scribit ciuibus neapolitanis, graue sit opprobrium cuiuslibet cleri, si in eo non reperiatur idoneus ad ipsius gubernandum. ea. distinctione. studij. Et idem Gregorius scribit in registro vt nullus de altera ecclesia eligatur in ecclesia panormitana, nisi forte (quod non credit) in illa ecclesia non reperiatur idoneus. eadem distinctione obitu. Pelagius etiam Papa eadem distinctio. Cathinensis. mandat

gradibus ecclesiasticis inferioribus non promoueantur ad superiores gradus quousque in prioribus et minoribus legitime fuerint comprobati et concordat. xxj. c. iterato concilio bracharenis. Considerandum videtur si expediret vniuersali ecclesie dicta capitula et iura seruari. nam certum est. huiusmodi Gregorius quod tales plati persone ecclesiastice repente eleuate et per singulos gradus non probate sunt sicut de nouo edificati parietes qui non prius tignorum pondus accipiunt nisi forte nouitatis sue humores siccent. Et si antequam solidem pondus accipiant cuncta simul ad terram deponunt fabricam. Vnde verendum est quod fabrica ecclesie super tales columnas posita concussis ipsis columnis corruat, sicut de officio concilio generali per Innocentium. extra de actu. qualiter et quomodo. Et quod tales sicut dictum Gregorius. etiam casus appetat quod ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta petunt ascensum. Hec nempe est prohibitio apostoli. i. ad Thimotheum. iij. c. et est ratio prohibitionis, ne taliter et sic repente promouantur ad honores et ecclesiasticos gradus in superbia et ruina diaboli incidat. Admetaneus namque sacerdos nescit humilitate seruare, modos personarum vel se continere. Talis enim non tenuit: non seuit, non se corripit, non pauperibus erogauit. Nec dubium quin incidat in arrogantiā que est ruina diaboli qui impropto ore non discipuli sunt magistri. Et sicut Innocentius ait. miserum est enim fieri magistrum qui nunquam fuit discipulus: etiam summus sacerdos, qui nullum gradum vnquam assecutus fuerit, sacerdotis. lxj. distinctio. miserum. lix. distinctio. ordinatos. Nonne scribit Paulus ad Thimotheum. i. Thimothee. v. c. manus cito nemini imposueris. Et quid est (vt Leo papa ait) manus cito imponere, nisi ante etatis maturitatem: ante tempus examinis, ante meritum obedientie, ante experientiam discipline sacerdotalis, potestatem et cardinalatum honores

tribuere non probatis: Et quod est commutare peccatis alienis, nisi tales effici ordinantes qualis est ille qui non meruit ordinari. sicut dictum Leonem. lxxvij. distinctio. quid est. Et sicut eundem, quod pastorale fastigium et gubernatio ecclesie concedatur et committatur indignis et longe extra sacerdotale meritum constitutis, non est consulere populo sed nocere: nec est prestare regimen sed agere discrimen. Et sicut boni operis sibi comparat fructum qui rectum tenet in eligendo et proficiendo sacerdotem, iudicium, ita graui semetipsum afficit dāno qui sublimat indignum. Non enim est in cuiusque personam premittendum quod in statutis generalibus continetur. Nec putandus est honor ille legitimus qui fuerit contra precepta diuine legis collatus. merito patrum nostrorum venerabiles sanguines (cum de sacerdotum electione loqueretur) eos de manu sacris administrationibus idoneos esse asserarunt quorum omnis etas a puerilibus exordijs usque ad perfectionis annos per disciplinas ecclesiasticas cucurrisse vt vnicuique testimonium priorum vita preberet. Nec potest predictis seruatis de eius promotione dubitari cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris loci premium debet. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignus est perueniri: et notari ambitu solent hi quos prohibitatis documenta non adiunant, qui diligens et qui prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum et celestium dignitatum: lxj. distinctio. miramur. Aduertat obsecro vicarius Iesu Christi et sacri prouidentia concilij, si generalis status ecclesie non subuertitur, quia regula de promotione ad sacerdotium et pontificatum tradita per apostolum prima epistola ad Thimotheum. iij. ca. ad Titum. j. c. non seruat. Nempe si aduertatur ad

Buillielmi Durandi Pars secunda.

exemptionem. xij. c. dicte regule apostolice tradite a sanctis concilijs et sanctis patribus profecta, in decretis a xxv. distinctio. vsq; ad. xij. c. et ad concilium Carthaginense. positum. xxij. distinctio. Episcopus. de sufficiencia promouendorum ad regimen ecclesie et ad illa que modernis temporibus in vniuersali ecclesia tam in capite quam in membris obseruatur. Pensando quod nauis et nauigio deferendis eadez subest periclitandi necessitas, sicut dicitur in exhortatione promouendorum: et quod secundum euangelicam veritatem Matthei xv. et Luce. xvj. c. si cecus. scilicet prelatus ceco populo qui ducendus est et non sequendus, ducatum prebeat, ambo in foueam delabuntur, flere magis quam scribere libet. Et quod secundum fragilitatem nostri temporis in aliquibus mitigatio nem recipiat discretiois censura illius temporis. xxvij. dist. fraternitatis. et difficile sit in quo conueniat. xij. c. dicte apostolice regule reperire. vt scilicet sint sine crimine vnius uxoris viri, non vino lenti, prudentes, ornatu, hospitales, pudici, doctores, non percussores, non litigiosi, non cupidi, domui sue bene prepositi, et non neophiti: Nichilominus tamen seruari deberet dictum Hieronymi, vt licet res pene contra naturam sit quod sine peccato aliquis inueniatur: quod saltem talis assignaretur ad regimen et curam animarum cuius comparatione grex ceteri dicerent. xxv. distinctio ne. §. nomine autem criminis. lxxj. in sacerdotibus. quia sicut ait etiam Symmachus, Papa vilissimus computandus est, nisi precellat scientia et sanctitate, qui est honore prestantior. j. questione. j. vilissimus. Sed secundum Leonem papam si in laicis est intolerabilis inscientia, multo magis in his qui pre sunt nec excusatione est digna nec venia. xxvij. distinctio. Si in laicis. Ignorantia enim mater est cunctorum

errorum. Et ideo in sacerdotibus Dei qui in populo docendi susceperunt officium, maxime est vitanda, sicut habetur in tertio concilio Toletano. et. xxxvij. distinctio. capitulo. j.

Sustinenta enim sunt sacerdotis eloquia diuinitus tradita: id est vera diuinarum scripturarum disciplina. xxvij. distinctio. omnis. Sicut magnus perhibet Dionysius, hinc enim superna voce dicit ad Moyses in leuitico. xxj. capitulo. Loquere ad Haron. Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius. vbi repente subiungitur. Si cecus fuerit, si claudus, si vel paruo et grandi vel torto naso, si fracto pede, si mancus, si gibbosus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem habes in corpore, vel si est herniosus, que moraliter exponuntur per Gregorium in pastoralis. et. xlix. distinctio, hinc et enim. ad ostendendum qualiter ignorantem, indiscretum, ambitiosum, et criminiosum non sunt admittendi ad ecclesiasticos gradus. vbi dominus ad Salachie. j. capitulo. ad hoc conquerens dicit.

Sacerdotes qui desperistis nomen meum, si offeratis cecum ad immolandum, nonne malum est? Et si offeratis claudum et languidum? Quod exponens Hieronymus dicit, quod cecum animal offert, qui ordinat indoctum in locum docti: magistrumque facit, qui vix discipulus esse poterat. Claudum offert, qui lucra terrena querentem locat in dignitate vt pote pedem in diuersa ponentem, vnum in diuinis, alterum in carnalibus. cui potest inferri illud tertii libri Regum decimo octauo capitulo. Usquequo claudicatis in partes duas? Languidum offert qui vitiosum habet pro religioso: qui tardum et pigrum probat patientem, dicens illi ne

De modo genera. Cōcil. celebrā. Fo. XXIII

gligentia redarguendus. Non pensans quod indignum est dare deo, quod deditur homo. xlix. distinctio. c. ultimo. In euangelio autem Joannis. j. c. dicitur quod dedit potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri. Sed ex deo nati sunt. Aduertat itaque quisque se filium esse sanctorum, si heres est in tenenda terrena hereditate sanctorum: quia sicut ait Hieronymus, Non sanctorum sunt filii qui tenent loca sanctorum sed qui exercent opera eorum. xl. distinctio. ne. Non est facile stare in loco Petri, et Pauli et tenere cathedram regnantium cum christo. Idem etiam ait. Quod si filii dei sumus, quod ipse fecit nos imitari debemus. lvi. distinctio. dominus. prefertur enim imitatio operis pagani carnis. xxij. q. ij. §. Item opponitur. Unde in dei cum essent filii Abrahe dicuntur filii diaboli cuius filii sunt non nascendo sed eius opera imitando, Et ideo Joannis. viij. a Christo eis dicitur. Si filii Abrahe estis opera abrahe facite: vos autem queritis me interficere hominem qui vera locutus sum vobis: hoc Abraam non fecit. vos ex patre diabolo estis qui desideria patris vestri facere vultis. Et contra gentiles secundum originez carnis cum ab Abraam essent alieni, tamen imitatio ne fidei et iustitie successerunt in filios Abrahe. vt ibidem. et. j. q. j. cito turpem. ad finem. et de peniten. distin. j. omnis. Unde cum in istarum promotione maxime in ecclesia Dei imineat periculum cautius videretur prouidendum secundum consilium Joannis chrisostomi in epistola ad Hebreos. et. xlij. distinctio. ne quiescamus. vij. q. ij. c. ultimo. extra de electio. vbi. ff. de Carboniano edic. l. §. ij. contra predictos qui non sunt instructi in his que in cotidiano versantur, inuebitur. vij. disputatio. vij. con-

cilij Tolosani in. iij. autem. ca. x. concilij Tolosani. habetur quod episcopi qui ecclesiastica beneficia propinquis suis indignis et tulerint puniantur, excomunicentur, et beneficiis suis priuentur. In vij. disciplinam subeant homicidij notam. et concordat. xlij. distinctio. fit rector. De predictis etiam videretur quod claustrales non ponerentur ad prelationem, cum non habeant experientiam temporalem. xxxix. distinctio. per totum. Et declararetur que scientia est in singulis gradibus requirenda et quod nullus character episcopi nisi esset doctoratus in theologia, vel in iure. quod nullus etiam fauore regio promoueretur. xvj. q. vij. si quis deinceps. nec aliquis qui prius nesciret illa que pertinent ad officium suum.

Rubrica. xix. de psalmis et lectionibus in officio ecclesiastico tractum deuote et ordinate ac intelligibiliter horis competentibus dicendis. et vt omnibus diebus oratio dominica dicatur ante singulas horas. cum Ave maria. et de abreniando ipsum vbi est nimis prolixum. Et quod ecclesie et in eis ministrantes ornamentum habeant talium ornamentorum et aliorum vestimentorum condecentium et quod resiceretur inordinatus cantus et quod semel in ebdomada solentur celebrare officium mortuorum.



Item cum in. xv. et. xvj. c. concilij Leodicensis. cōstituta neque quod psalmi in ecclesia passim non legantur sed ordinabiliter et quod euangelia distincte legantur.

Cum hoc in dei ecclesia regulariter non seruetur quia cum confestinatione legitur et cantatur et cum barbaris, sicut ait Augustinus in libro de cathecizandis rudibus, et

Bullelmi buran. Pars Secunda

xxvii. di. sedulo. videt sup hoc puidē
dum. Cum aliqui religiosi et alij ita ppe
re dicant q̄ intelligi non possunt et dice
rent horis competentibus intra eccles
ias cathedrales conuentuales et paro
chiales. et q̄ lectiones que nimis proli
ge sunt et alie que dicentes et audientes
tedio afficiunt. abbreuiarentur. et q̄ mi
nistri ecclesie et altaria haberent conue
nientia vestimenta et etiaz ornamenta.
Et videretur valde honestū esse q̄ an
te singulas horas dicerent. Mater nos
te. et Ave maria: lz i. ix. et in vltimo. c. cō
cilij gñalis Berunden. nō contineatur
q̄ oratio dominica a sacerdote profera
tur nisi post matutinas et vespas. Et in
super q̄ cantus in denoti et inordinati
motetorum et similitū non fierent in ec
clesia. cuz reproberetur. xxi. di. cantores.
Et q̄ in qualibet ebdomada solēniter
celebretur officium mortuorum. tā ma
tutinali tempore q̄ populus ad opera
ruralia exercenda ire possit. et q̄ hec pre
dicent i ecclesia dieb⁹ dñicis et festiuis.

Rubrica. xx. de symoniar de exactio
nibus que in romana curia et alibi p vo
tis requiruntur. que sunt per episcopos
et curias eorumdem sub pretertu sigil
li eorum et iuramenti in cōtatibus.

Nem cum in secundo capi
tulo Calcedonesi. concilij cō
tineat q̄ si quis episcoporu
accepta pecunia ordinatio
nē fecerit. et sub pretio deduxerit impre
ciabilem gratiā. atq; ordinauerit p pecu
nias quolibz de his q̄ in gradu ecclesie
cōnumerantur. vel defensorē. q̄ de hoc
conuictus subeat gradus sui periculū.
et si p̄motus perdat p̄motionis sue frus
ctū. q̄ si mediator clericus fuerit a pro
prio gradu decidat. Si vero fuerit laic⁹
vel monachus q̄ sit anathema. Et cū p̄
dictū cōcilij postum. j. q. j. si quis ep̄us
et tota. j. cau. et ti. de symonia. in qb⁹ agi

tur de dicta symoniar i nouo et veteri te
stamento a concilijs et romanis pontifi
cibus deputati nō seruentur. et maxime
in curia romana. in qua etiam cetus do
minorum cardinalium vult habere vna
cum domino papa certam portionem.
a prelatibus qui p̄mouentur ibidem: vide
retur super hoc maxime puidendū. Nā
hec heresis maxime corrumpit ecclesiam
vniuersalem et vniuersos populos: Et p̄
uisa iam remedia pro nibilo reputan
tur. Et cū in curia romana publice con
trarium fiat ac si non esset peccatum cō
mittere symoniam. vel si dare vel accipe
re possit. nō esset idem sicut dare vel acci
pere ante. j. q. j. eos. et c. si quis p̄bendas
et c. si quis obiecerit. ea. cau. q. iij. salua
tor. Ex quo puenit (sicut Greg. francos
rum regib⁹ scribit) q̄ fides deperit. Nā
cum fides sine operibus mortua sit. si
cut habetur in canonica beati Jacobi.
ij. c. Et fides cum vita sit eligenda in sa
cerdotibus et ministris si vita defuerit fi
des meritum non habet. Que autem vi
ta et q̄ opa esse valeat sacerdotis q̄ hono
res tanti sacramenti per premiū quincif
obtinere. Hinc non solum in ordinato
ris et ordinati animam letale vulnus in
figitur. verum etiā reipublice regimen
ex talium culpa quorum intercessionib⁹
magis iunari debuerat pregruaf.
Si em̄ dignus is sacerdotio credit cui
non actionis merita sed p̄miorum co
pia suffragat. Restat vt nihil sibi in ec
clesiasticis honorib⁹ granitas. nil sibi de
fendant industria. Sed totum auri p̄
phanus amor obtineat. et dū vitiat ho
nor remuneratur in locis vltoris is for
tasse qui fuerat vltiscendus adducitur
atq; hinc sacerdotes non proficere sed
perire potius iudicantur. vulnerato nā
q̄ persone pastore. quis curandis omni
bus adhibet medicinaz? aut quomodo
populum clipeo orationis tueatur que
iaculis hostium sese feriendū exponit.
Aut qualem fructū de se producturus
est cui

Demodogñalis Conci. celebrādi. Fo. XXV.

est cui grani peste radix infecta ē. maior
ergo metuēda est locis illis calamitas:
vbi tales intercessores ad locū regimi
nis adducūt. lz tales symoniaci dei i se
magis iracūdiam prouocant q̄ p̄ semet
ip̄os placare debuerāt. j. q. j. fertur. Lu
ius ratio est: qz intercessores q̄ pro popu
lo ad deum parantur necesse est vt eius
gratiam beneuolendo mereantur. Unde
de idem Gregorius in pastorali ait. solli
cite formidandum ne qui placare irā
dei creditur hāc ipse ex p̄prio reatu me
reatur. Cuncti etenim loquendo noui
mus. quia cum is qui displicet ad inter
cedendum mittitur irati animus ad de
teriora prouocatur. Unde talis symo
niacus qui desiderijs terrenis astringi
tur. caueat ne districti iram iudicis gra
uius accendens. dum in beneficio eccle
siastico quasi in luto delectat: nec locuz
regiminis ecclesiastici assumere audeat.
si ambitionis et symonie in se vitium dā
nabile regnat. nec talis quē crimen des
pauat p̄prium intercessor p̄ culpis fieri
appetat aliorum. Scriptum quippe
est Prover. xv. Victimę impiorū abho
minabiles. vota aut iustozū placabilia.
et in Psalmo. xliij. Peccatori autem
dixit deus. Quare tu enarras iustitias
meas. et assumis testamentū meū per os
tuum. xliij. distincti. j. iij. q̄. q̄. q̄. q̄. q̄.
it ē diuina. et c. item in grauib⁹. Cum
em̄ talis symoniaci vita que latere non
potest despiciatur. restat s̄m Grego. vt
eius predicatio contemnatur. vt ibidē
Nonne memor debet esse vicarius iesu
christi exemplorum eiusdem? qui (q̄ p̄
adeo sapiens) cum percuteretur non
percutiebat. cum malediceretur nō ma
ledicebat. cum pateretur non commi
minabatur. Luce. vi. c. xlv. distin. ep̄sco
pum. Si tanq̄ ovis ad occisionem du
ctus est. Esaye. liij. tū qz Zelus dom⁹ dei
comedit eum. sicut dicit in Psal. lxvij.
flagello facto de funiculis omnes emē
tes et vendentes columbas: per quos si

moniaci designantur: de templo eiecit
et mensas numularioruz et cathedras
vendentū columbas euertit. dicens do
mus mea domus orationis vocabitur
vos autem fecistis illam speluncam las
trorum. Si igitur exempluz patientie
Iesus x̄ps symoniacos de tēplo eiecit.
et eos latrones vocauit. et cathedras sy
mōiacoz euertit q̄ est q̄ i ecclesia dei au
deat introducere tales: Et si christ⁹ ex
euertit cathedras. quis eas erigere au
deat? Si Christus symoniacy vocat la
tronem. quia per aliam portam. id est p̄
symoniam ascendit. Sicut ipse idē ait
Joan. x. et sicut August. exponit. xxiij. q.
iij. tres personas. quis est tam temera
rius qui talem latronem symoniacy
qui cauendus est. audeat recipere? pre
ficere vt pastorem. nisi qui se vult astrue
re antichristum eius quod Christus fe
cit? docuit facere. et dogmatizare con
trarium. Ad hanc rubricam facit. lx. ru
brica huius partis: vt hi qui baptizan
tur. et qui ad confessionem accedunt ni
hil soluant: et q̄ pro sepulturis nihil re
cipiant. nec pro alijs spiritualibus. Ad
idem concordat. iij. c. vi. concilij Toles
tani et tertia disputatio. vij. cōcilij To
le. que ponitur nomine ambrosij. j. q̄. j.
ad hoc faciunt. vij. et viij. c. cōcilij To
leta. Item cum a prelatibus et curijs eozū
dem pro sigillis. correctionibus et alijs
multe fiant exactiones. vt extra de cen
sibus et exactionibus. sup hoc esset puidendū
Et insuper vt dictis dominis cardina
libus assignaretur redditus de quibus
absq; exactionibus viuere possent.

Rubrica. xxi. Ne quis in duabus pre
bendis vel ecclesijs intituletur sed sin
gula officia et beneficia singulis conferā
tur personis cuiuscunq; status et condi
tionis existant.

Nem cum in x. c. dicti concilij
Calcedonesi. contineat q̄
nō liceat clericuz in ecclesijs
duarum ciuitatum ordinas

rit q̄ si clericus iam translatus fuerit. ab alia in aliam ecclesiam nihil commune habeat cum priore. Et q̄ faciētes cadant a proprio gradu. Et predictus concilium sit conforme alijs concilijs et iuris et specialiter synodo habite placencie, in qua Urbanus papa affuit. et c. q. ij. si quis iam translatus et per Juno centium tertium extra. de concessio. p. ben. literas. et ad idem de electio. cuz in cunctis. de prebē. de multa. Et in dicta synodo expresse dicatur q̄ nullus possit esse canonicus prebendatus nisi in vna ecclesia. Et cōtrarium fiat in ecclesia dei q̄ vni p̄sone p̄bēde multez mīta bñficia, et multe dignitates et personatus cumulantur. Notissime si de preesentium ecclesie dei parētela existāt. Et ex hoc patet generale preiudicium vniuersali ecclesie que debitis officijs et obsequijs: rectoribus, administratoribus et defensoribus defraudat: elemosyne subtrahuntur, persone ecclesiastice sic ditate in superbiā efferuntur. Et s̄m quod dicitur Prover. i. c. eorum prosperitas perdit eos, et dissolutionis materia ex hoc prestat eisdem et insolentie varie oriuntur. cultus diuinus qui angere debuerat munitur: officijz propter quod datur beneficium omittitur et infinita alia mala subsequuntur: Aideretur perquā esse vtile ecclesie sancte dei, vt dominus Papa et ceteri inferiores et totum conciliū acquiescerent beato Grego. super hoc scribēti omnibus episcopis in hūc modū. Singla ecclesiastici iuris officia singlis q̄busq̄ p̄sonis sigillatim cōmitti iubemus. Sicut em̄ in vno corpe multa mēbra habem⁹, oīa autē mēbra nō eūdem actū habēt, ita et i ecclesie corpe multa mēbra sunt s̄m veridicaz Pauli suam ad Corinthios. xij. In vno eodemq̄ spiritali corpore conferendum est hoc officium vni alij committendum est illud. Neq̄ enim quantūlibet exercitate vni persone vno tempore duarum rerū

officia cōmittenda sunt: q̄ si totum corpus est oculus, vbi auditus? Sicut em̄ varietas membrorum per diuersa officia robur corporis seruat et pulchritudinem representat, ita varietas personarū p̄ diuersa nihilomin⁹ distributa officia et fortitudinez et venustatem sancte dei ecclesie manifestat. Et sicut est indecorū in corpore humano vt alterū membrū alterius fungatur officio, ita nimirum noxium simulq̄ turpissimū est si singula rerum ministeria personis totidē nō fuerint distributa. lxxix. disti. singula. et in septima synodo cōtineatur quod clericus nō cōnumeretur in duabus ecclesijs: quia hoc turpis negotiationis lucrum est, et contra vocem dominicaz dicentem Luce. xvj. Nemo potest duobus dominis seruire. Et contra apostolum ad Roma. vij. dicentem quod vnusquisq̄ maneat in vocatione qua vocatus est. xxi. q. i. c. j. Et secundū conciliū Calcedonense, clericum in duarū civitatum ecclesijs conscribi non oportet. eadem questione clericum. ad predicta etiam concordant et faciunt leges civiles dicētes, Difficile esse videtur vni vicem duorum obtineat, et absurdum fore, si promiscuis actibus rerum turbentur officia. ff. de pactis. l. si plures. C. de assessoribus. l. nemo. C. de testamen. l. consulta. Ex quo provenit qd̄ in pluribus civitatibus q̄s simul et semel potestatis officia habere nō pōt. ff. ad municipi. libert. §. prescriptio: et regulare est quod vna p̄sona nisi causa necessitatis immineat, non debet supplere vices plurium. trigesima q̄one. j. ad limina. nec quis in diuersis ecclesijs prelatus esse debet. decima. q. iij. vniō, vbi expresse dicit concilium Toletanum vt plures ecclesie vni nequaquam committantur presbytero: quia solus per totas ecclesias nec officium valet persolvere, nec rebus earum necessariam curam impendere. Et idem habet. xvj. questione. vij.

per laycos. Et subiungitur in eodem concilio, quod si quis episcoporum predictam constitutionem parvipenderit se nouerit duorum mensium spacio ex communicatione mulctari. Ad idem concordat decreta. cum singula. de prebendis libro. vij. Et etiam theologorum communiter hoc habet opinio quod si vnum habēs beneficium de quo potest non laute nec ad elationem et pompam, sed conuenienter et mediocriter sustentari: et recipiat vel retineat aliud, mortaliter peccat. Cum autē dudum sic fuisset determinatū: Et cancellarius Parisiensis qui tunc erat magister in theologia, pluribus abundans beneficijs huic sententie affectu et non ratione superatus acquiescere nollet, etiam in infirmitate de qua obfusa domino Builelmo Parisiensi episcopo magistro in theologia de hoc admonit⁹ et rogatus, eidē episcopo iuxta eius sepulturam de profundis p̄ eo dicenti in teterrima umbra dictus cancellarius intelligibili voce dicens apparuit, quod nō oraret pro eo: Nam damnatus erat pro eo quod non acquiescerat eiusdem episcopi monitis et sententie sue, et aliorum magistrorum tenentium quod absq̄ peccato non poterāt plura beneficia (vt premissus) esse retineri. Quare videretur vtile ecclesie sancte dei vt ordinatio bonifacij super hoc facta in dicta decretali cum singula, quantū ad regulas extēderetur ad clericos seculares et ad dominos Cardinales, qui in graue animarū ipsorū periculum et vniuersalis ecclesie dispendium, multa milia florenoz, librarū, et marcharū sibi et suis pestifera adinventionē super ecclesias etiam parochiales et curatas faciunt cumulari: et ecclesias etiam cathedrales, et vltra marinas sub diuersis coloribus commendari: et certas sibi solui ab illis qui eorum promouentur auxilio pensiones que nunquā in romana ecclesia inorū

tur, Sed ab vno cardinali in aliū vel in eius vel dñi pape propinquū vel nepotulum detinentur. Et quibus sequit̄ (cū sibi vēdicēt vniuersa) felix q̄ cleric⁹ qui de predictis beneficijs sustentari, et eis personaliter deseruere debuerat: mēdicat in plateis: et seruilī operi mancipatus publicam deposcit elemosynā. qui ex eo magis a cunctis despicitur, quo miser ac desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse. Sicut Hieronymus ait nonagesimatertia distinctione diaconi sunt. Et hac peste est etiam nouiter introductum contra iura, quod prioratus conuenticuales et alia beneficia ecclesiastica consueta ab olīm regi et gubernari per monachos et per alios regulares, predicti domini cardinales (ac si bñficia secularia nequaquā sufficerēt: vel si per illos melius quam per alios reformari deberent) sibi et suis faciunt assignari, q̄ non efficiantur monachi nec sint de vitaz regula monachorum et aliorum regularium contra concilium Eduense sub septimo Grego. congregatum: et contra capitulum Urbani pape, et contra vigesimum quartum capitulū Calcedonensis concilij. Et contra decimum tertium capitulū septime synodi. decimanona questione ne tertia. in quinq̄ primis capitulis. extra. de vita et honestate clericorum. Deus qui ecclesiam. et de religiosis dominibus iter quatuor. et decimo octava questione secunda. Peruenit. Ex quibus in dictis prioratibus et beneficijs regularium perijt in totum regularis obseruantie disciplina: cum non sit inter eos qui corrigat, non sit qui doceat, non sit cui obseruantia et reuerentia prebeatur, nec qui eos in vita regulari et monastica valeat gubernare. fraudatur hospitalitas seruari in dictis prioratibus et beneficijs consueta: et iura ac bona prioratum huiusmodi dissipantur. et loca q̄d irreparabile opprobrium non

abſq; populi ſcandalo deducuntur: ex
tra de accuſa. c. vlti. ¶ Ad predicta fa-
cit. xv. c. concilij Aſſenſiani in quo ſta-
tutum fuit vt poſtq; aliquis ſemel in ali-
qua eccleſia eſſe elegerit, ab alia eccleſia
ad clericatum non teneatur. Item etiã
ſtatutum fuit in. ſ. c. j. concilij Arelateñ.
ſc3 q; in quibuſcunq; locis miniſtri ordi-
nati fuerint, in iſtis locis perfeueret. et
in penultimo ca. euſdem concilij ſtatu-
tur idez. r in. xij. c. ij. concilij Arelateñ.
ſtatuitur idem. ¶ Scdm autem Greg.
predicti domini Cardina. etiaz cum de
monaſterio aſſumuntur, non deberent
ibi aliquid retinere nec duplex regimẽ
ſibi aſſumere. nam cum vnũ pro ſui ma-
gnitudine diligenter quis non poſſit ex-
plere, ad vtrunq; idoneus non videtur.
xvi. q. j. prebiteros. r. c. preceden. et ſe-
quenti,

¶ Rubrica. xxiij. de conſpirantibus cõ-
tra episcopos: r alios publice delinquẽ-
tes puniendos priuilegio contrario nõ
obſtate.

Item cum in. xvij. c. dicti cõ-
cilij Calcedoneñ. poſito. xi.
queſtio. j. coniuurationez, cõ-
tineat. q; ſiqui clerici vel mo-
nachi inuenti fuerint coniuantes r cõ-
ſpirãtes aut phratias vel factiones cõ-
ponẽtes ſuis episcopis vel alijs, cadãt
omnino a proprio gradu: et per Papã
Pium. e. q. ſi q; ſacerdotũ, ſtatuaſ qd
tales degradati curie ſeculari tradant r
per Calixtũ Papam. e. q. cõſpirationũ
ſtatuaſ qd tales proprio amiſſo gra-
du in carcere detradantur: r per dictũ
concilium Calcedoneñ. et per Toleta-
num et Aurelian. e. q. qui clerici. r cap.
ſi clerici. r capitulo. ſi qui clericorum.
ſtatuaſ idem. et predicta iura r conſi-
milia non ſeruentur. Et ex quo frequen-
ter in multis partibus magna ſcanda-
la ſubſequunt, videretur vtile q; predi-

cta iura ſeruari mãdarentur: vel q; pro-
uideretur de alijs remedijs oportunit.
¶ Et iſup q; omnes religioſi r omnes
alie perſone publice delinquentes et ex
hoc eccleſiaz dei ſcandalizantes, publi-
ce arguerẽtur, corrigerentur, r punirentur:
iuxta illud Apſtoli. j. Thimo. v.
Peccantem coram omnibus argue vt
et ceteri metum habeant. Ad quod fa-
cit. xlv. di. Sed illud. ij. q. v. ſi mala. r ea.
cau. q. vij. quapropter. xi. q. iij. c. vl. xxiij.
q. ij. e. ca. r. q. iij. Ita plane. ff. de penis.
aut facta. ſ. vltimo. que canonizata eſt
de pen. diſtinctio. j. aut facta. Et qd in
dicta punitione ceſſaret omne priuile-
gium ſcõm decretum Innocen. iij. de
priuile. volentes. r appellatio friuola r
frustratoria.

¶ Rubrica. xxiij. de episcoporum r alio-
rum prelatorum r clericorum accuſato-
ribus q; non debeant paſſim ſuſcipi et
dicti prelati non mutantur de ſede ad
ſedem maiorem niſi pro notorijs exceſ-
ſibus eorundem.

Item cum in. xxi. c. dicti con-
cilij Calcedoneñ. fuerit con-
ſtitutum q; ad accuſationez
episcoporum vel clericorum nul-
li clerici vel laici recipiantur niſi prius
diſcutiat eorum eſtimatiõis opinio qd. c.
ponitur. ij. q. vij. clericos. quia ibidẽ fue-
rit cõſtitutũ r in alijs cõcilij et a roma-
nis pontificibus ſicut plene in dicta. q.
vij. patet. Et hoc in romana curia et in
multis alijs partibus non ſeruetur con-
tra intentionez Grego. lxxv. diſtin-
ſi quis. et extra de Simonia. licet heli.
Et ex hoc frequenter innocentes prela-
ti et clerici diſſamentur r ad curiam ro-
manam citentur et opprimantur con-
tra illa que ſcripta ſunt. ij. q. prima. ni-
hil. cum capitulis ſequentibus et prece-
dentibus videretur ſacri prouifione cõ-
cilij fore ſuper hoc prouidendum. In
ſeptimo

ſeptimo autem concilio Carthagineñ-
ſi capitulo ſecundo, tertio, quarto r ſe-
xto fuerit ſtatutum quod excommuni-
cati ſecundum propriam libertatem: et
oẽs quos leges non admittunt ad accu-
ſationem publicorum criminum, inſa-
mes: Diſtriones, aut turpitudinibus
ſubiecte perſone, heretici, pagani et iu-
dei non admitterentur ad accuſationẽ
clericorum, nec ad teſtificandum con-
tra eos. Et hoc eſt conforme alijs iuri-
bus. ſecunda queſtione prima. prohibe-
tur. tertia queſtione quinta Accuſato-
res. j. cum vndecim capitulis ſequenti-
bus. videretur inſuper prouidendum
quod dicti prelati non amouerentur a
ſedibus ſuis inuiti: nec in alijs transfer-
rentur niſi exigentibus eorum notorijs
exceſſibus: cum iſtis temporibus cõtra-
rium fiat interdum.

¶ Rubrica vigesima quarta. De yco-
nomis et diſpenſatoribus Et adno-
cas a ſingulis episcopis habendis pro
diſpenſatione rerum temporalium, vt
ipſi vacent diuinis, et propter curam tẽ-
poralium, vt ipſi libera executione pon-
tificis officij non deſiſtant.

Item cum in penultimo
capitulo dicti cõcilij Cal-
cedoneñ. poſito. lxxx-
ix. diſtinctione. quia in
quibuſdam contineatur
quod omnes eccleſie ha-
bentes episcopos habeant etiam yco-
nomos de proprio clero per quos res
eccleſiaſtice cum arbitrio episcopi gu-
bernentur, et non diſpergantur: et hoc
ſit conforme alijs concilij et iuribus.
ea. diſtinctione. volumus. cum capi. ſe-
quentibus. et. ix. queſtione. ij. cum ſe-
mus. xvj. q. vij. quoniam in quibuſdam. cõ-
c. precedentibus r ſequentibus: viderẽ-
tur eſſe vtile q; predicta iura, r alia con-
tinentia, q; etiaz episcopi habeant ad

uocatos per quos eorum lites ducatur
ne ipſi ex hoc a laude dei et ab actioni-
bus ſpiritualibus retrahantur. Et ne
dum humana lucra attendit eterna pre-
mia perdant, ſicut ait Anacletus pas-
pa. v. queſtio. ij. quia episcopus. potiffi-
me, cum inter capitula apoſtolice regu-
le contineatur: qd episcopus non ſit li-
tigioſus, prout plenius continetur. xlvj.
diſt. vbi ſit proſequutio dicti. c. apoſto-
lice regule: In. ix. an. tez. c. ſecundi conci-
lij Hiſpaleñ. continetur. q; ex laicis nõ
conſtituantur yconomi. r idez habetur
lxxxix. diſtin. indicatum.

¶ Explicunt aſſumpta ex concilio
Hiſpanicis.

¶ Incipiunt aſſumpta ex concilio
Latinis.

¶ Rubrica. xxv. De ſanctimonialibus
ne cum extraneis viris vel mulieribus
habitẽt: et q; recludatur, nec recipiatur
niſi de earum redditibus viuere poſſint
de quo legitima fides fieret ordinarijs
earundem per quos corrigerentur, in-
cluderentur r reformaretur priuilegio
contrario non obſtante.

Item cum in. iij. c. primi con-
cilij Carthagineñ. fuerit con-
ſtitutũ quod Sanctimoniali-
les et religioſe femine in vna
domo cum extraneis mulieribus vel vi-
ris non morantur, et q; ſint ſegregate a
conſortio mulierum. Et q; ſimiliter di-
ſcreta ſit conuerſatio clericorum ad cõuer-
ſionem laicorum, et hoc ſit conforme alijs
concilij r iuribus: vt. iij. diſtin. ſtatui-
mus. xxiij. di. hiſ igitur. Et predicta in-
ra non ſeruentur: Nec prouifio domini
Bonifacij de includẽdis dictis monia-
libus poſita extra de ſta. reg. c. vnico. li.
vj. Sufficit q; multe ſunt que ſi include-
rentur non haberent ynde viuerent. Et

Guilielmi duran. Pars secunda

q̄ etiam sunt nonnullæ sicut dicit capi. p̄ncipiosam. xvij. q. ij. pp̄ria receptacula retinentes sicut sunt beguine ordinis sancti francisci: videretur vtile sup hoc prouideri. z. vj. etiam. c. concilij Toletani contineatur q̄ religiosa puella viroꝝ rum familiaritatem in domo non habeat: Esset puidendum quod non reciperetur plures q̄ possent de earum reditibus sustentari, de quo prius legitima fides fieret ordinarijs earūdem. Et hoc sub grauib⁹ penis ordinarijs iniungeret p̄ quos corrigerent, includerent z reformarent p̄uilegio d̄no nō obstāte.

Rubrica. xxvi. De clericis obligatis ad ratiocinia: z ne viri literati ad ipsa intendāt, nec sacerdotes ad p̄dicta vocēt.

Xtem cum in septimo ca. dicti concilij p̄mi Carthaginēsis fuerit constitutum quod obligati ad ratiocinia reddēda non pmoueantur anteq̄ rationem reddiderint de eisdem: et hoc sit conforme alijs concilijz z iuribus, vt extra de obligat. ad ratioci. z. liij. dist. p̄ totuz, z non seruetur. videretur vtile q̄ seruari mandaretur. Nam hoc etiam contineatur in p̄mo. c. p̄mi cōcilij Toletani. Et insup q̄ viri literati ad dictas ratiocinationes non intendant. Cum fm̄ Greg. inutile et valde laboriosum sit hominez literatum ratiocinioruz causas assumere: se in eo quod nō expedit obligare. Nec est faciēda in ecclesia memoria pro illis qui sacerdotes ad dicta ratiocinia euocant, z ab officio suo retrahunt. lxxvii. dist. inutile erit.

Rubrica. xxvij. De cōtemptorib⁹ canonū z platorū suoz supiorū puniēdis.

Xtem cum in vltimo ca. p̄mi concilij Carthaginēsis constitutum q̄ illi qui nolunt obseruare scripta in concilijz si

laici sunt communiōe, si clerici honore puentur. Et hoc sit conforme alijs concilijz z iuribus. iij. dist. s. hec z si legib⁹. xij. di. p̄ceptis. xvij. di. s. hunc ḡ. xxv. q. j. hac consona. z p̄dicta iura non seruentur. videretur vtile q̄ seruari mandaretur vt quos diuinus timor a malo non reuocat, coherceret timor ecclīastice discipline. extra de heretic. vergentis. de elec. cum in cunctis. lxxij. di. plurimos in fine. l. dist. constitueretur. C. de emenda. pp̄in. l. vna. In secundo etiam. c. cōcilij Taurinatis contineatur vt quicunq; contra statuta maiorum fecerit deponatur. In concilio etiam Bracharen. cōtinetur q̄ si quis transgressus fuerit p̄cepta antiquorum canonum z concilioꝝ rum a statu suo degradetur. Et ad idēz p̄cordat p̄mū. c. tertij cōcilij Tolet. Et q̄ idem seruaretur de illis qui transgrediuntur rationabilia p̄cepta superiorū suozum.

Rubrica. xxvij. De religiosis z alijs qui excommunicatos ab alijs recipiūt puniēdis, z de sententijs excommunicationis suspensionis z interdicti. latis ab ordinarijs vel eozuz autoritate in locis religiosorum publicandis.

Xtem cum in. viij. c. secundi concilij Carthaginēsis fuerit constitutum vt illi qui excommunicatos ab alijs sciēter recipiunt excommunicentur. et hoc sit conforme concilio Antiocheno. xj. q. ij. si q̄s app̄rio et ex decretis beati petri apostolorum. ea. q. sicut apostoli. z calixti pape ea. questōe. excommunicatos. et Isidori ea. questione. cum excommunicato. et concilij Carthaginēsis. eadē questōe qui excommunicauerit. z multis alijs iuribus. Et hoc non seruetur a fratribus predicatoribus et minoribus z alijs religiosis exēptis nec ad hoc refrenandum

De modo ḡnalis Loci. celebrā. Fo. XXVIII.

refrenandum profunt antiqua nec noua remedia. z p̄pter hoc excommunicatio contemnatur: z sic mortalis efficiatur. de senten. excommu. cum medicinalis. z neruus discipline ecclīastice disrumptatur. contra illud. l. distinc. vt constitueretur. z. c. p̄sbyteros. xxiij. q. v. excommunicatorum. xxiiij. q. ij. in lectum. videretur fore super his sacri prouisione concilij prouidendum. Hoc etiam conforme. viij. c. secundi concilij Arelatenfis, in quo statutum est vt se reum nouerit. z causam in concilio rediturum, qui excommunicatum alterius post interdictum recipere p̄sumperit. idem etiaz statuitur. in. xj. ca. concilij Turasi. et in liij. c. concilij Ebertani. z. xxxvij. c. concilij Bracharen.

Rubrica. xxix. At qui contra professionem vel subscriptionem suam vel p̄decessorum facta irrationabilia et seruiores venerint puniantur.

Xtem cum in vltimo ca. p̄dicti secundi cōcilij Carthaginēsis fuerit constitutum vt quicunq; plati et alij contra illa in quibus consenserunt vel subscripserunt venerint, deponantur: cum non deceat inconstantiam et intolerabilem in dei ecclesia reperiri: z in hoc sit conforme concilio Africano. extra de pactis. c. j. et alijs iuribus. vigesima questione prima. puella. in. fi. vigesima secūda. questione quarta. innocens. decima octaua questione secūda. Glentherius. ff. de pactis iuris gentiuz. s. pretor ait. z hoc hodie non seruetur: hoc videretur honorabile, et vtile obseruari, ne paulatim grauitas ecclīastica depire videatur: maxime in ecclesia romana i qua visum est q̄ dominus papa reuocabat aliquid quando non solum gratias, z alia concessa a p̄decessoribus suis vtz etiam facta z concessa a seipso contra grauitatē

autoritatem z honestatem ecclīasticā z iuridicā. xv. q̄ne. j. z. q. ij. quasi per totum. xij. q. ij. hec huiusplaciti. Et idē de multis alijs prelati accidit, p̄decessozum suozum facta rationabilia et familias, q̄ bene seruerint: p̄sequentibus contra iura.

Rubrica. xxx. At canones pertinentes ad officium z instructionem episcopozum z clericorū sciuntur p̄ eos p̄usq̄ ordinentur.

Xtem cum in tertio ca. iij. c. iij. Carthaginēsis posito. xxvii. dist. placuit, fuerit cōstitutum vt episcopis et clericis ordinandis priusq̄ ordinentur. de creta concilioꝝ eozum auribus ab ordinatoꝝribus inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilioꝝ fecisse peniteat, et in concilio Toletano fuerit constitutum, quod illi quibus parochiales ecclesie cōmittuntur, ab episcopis suis instructionem et libellum per quem in officio ecclīastico dirigātur accipiāt. z Celestinus papa instituerit quod nulli sacerdotum liceat canones ignorare. z Augusti. dicit quod saltem canones penitētiales scire debent, vt. xxxvij. dist. si decreta. Et supradicta iura et consimilia non seruentur sed passim pmoueantur, et p̄sbyteri z episcopi priusq̄ eis ostēdatur illud quod pertinet ad officium eozum: nec debita discussio super his obseruetur, licet sup hoc multa iura sint edita. xxiij. dist. per totum. et extra de etate et qualitate ordi. de tem. oz. videret super hoc puidēdū.

Rubrica. xxxj. De episcopis accusatis. vbi z infra quod tempus eoz car se examinentur. z q̄ in causis ecclīastice hore modicū p̄heret q̄ deputarentur in singulis curijs indices aduocati, pcuratores z tabelliones gratis sua officia exequentes in causis miserabilium personarum.



Lem cum in, vii. c. iij. cō-
ciliū Cartagine. fuerit
constitutum q̄ cause epi-
scoporum coraz provin-
ciali concilio infra duos
menses audiantur z hoc
sit satis conforne alijs concilijs z iuris-
bus vt. iij. q. si quis episcopus. cum. c.
sequentibus z dicta iura z consimilia nō
seruentur quia romana ecclesia causas
episcoporum maioribus annumerans,
omnia ad se trahit, p̄ illa capitula. ij. q.
vi. ad romanū. z capitulis precedentis
bus z sequentibus. et. ix. q. iij. cūcta per
mundum z. c. per principalem. Videtur
vtilē cogitare an esset aliquod remediū
super hoc adhibendū. Et insuper cum
lites nō debeant esse immortales. vt ex-
tra de dolo z cōtu. finē. potissime ecclia-
stice q̄ ceteris periculosiores sunt: vt ibi
dem z de electio. ne pro defectu. q̄ in eis
dem contraheretur eremodiciū sicut ses-
cūdam leges cōtrahitur. C. de iudi. pro-
perādum. §. j. z. §. sin autē. Exceptis cas-
bus notatis ibidem in glo. ordinaria:
q̄ q̄ contrarium sit scōm ius canonicū
vt extra de iudi. venerabilis. z de dolo. z
contu. venerabilis z q̄ deputarentur in
singulis curijs iudices, aduocati, procu-
ratores, z tabelliones, gratis sua officia
exercentes et exercētes in causis mise-
rabilium personarum.

Rubrica. xxxij. De multis capitulis
ad vitam, honestatem, conuersionē, ba-
bitū, regulam z mores clericorum per-
tinentibus, secundum diuersos status z
gradus eorū: q̄d esset decens z honestū
ac vtilē obseruari cū ex cōtrario tot⁹ se-
re ordo ecclia-
stic⁹ cōfundat⁹ z etiā corū
paſ. Et specificantur multa q̄ p̄tinēt ad
officiū diaconorum, presbyterorum, z
etiam episcoporum.



Lem cum in decimotertio
capitulo dicti tertij concilij
Cartagine. fuerit cōstitutū

vt filij sacerdotū vt clericorū spectacula
secularia nō exerceant, nec eis intersint
et in. v. ca. concilij Arelatei. c. lix. Et in
Agathe. concilio fuerit statutum q̄d
presbyteri z alij qui ducendi vxores licē-
tiam nō habuerint alienarū nuptiarū
euentē cōiunia. Nec illis cetib⁹ imisceā-
tur vbi amatoria cantantur et turpia:
aut obseni motus corporū, coreis exul-
tationibus efferunt: ne auditis z obtui-
tus sacris ministris deputati, turpiū
spectaculorum atq; verborum cōtagio-
ne polluātur. xxxiij. dist. presbyteri. Et
in concilio Laodice. fuerit constitutū
q̄d clerici et ministri altaris, spectaculis
aut nuptijs non intersint: z de conse. di.
v. nō oportet. Et Ysidorus de vita cleri-
corū scribat, q̄d dicti clerici a vulgari vi-
ta seclusi, a mundi voluptatib⁹ se absti-
neāt vt nō spectaculis, nō pompis ite-
rent: et quod conuinia publica fugiant.
Prinata autez sobria colant, vsuris ne
quaq; incumbant, neq; turpiuz occupa-
tionibus lucrorum: Non fraudibus cui-
usq; studione apētāt amorem procu-
rare. Quasi materiā cunctorum crimin-
um fugiant secularia officia, negōtia:
q; abijciant. honoris gradū per ambi-
tionem non suscipiant: dolos et cōiura-
tiones caneāt, odium, emulationes, ob-
treccationes atq; inuidiā fugiāt: nō va-
gī in ecclesijs, nō effreni lingua, aut pe-
tulātī: nec inuidio. gressu vel gestu ince-
dāt. Sed pudorē atq; verecundiam mē-
tis simplici habitu incessuq; ostendāt.
obscenitates verborū et membrorum
sicut z operū, penitus execretur: vidua-
rum et virginum frequentationem fu-
giant: cōtubernia extranearūz femina-
rum nullatenus appetāt. Castimoniā
inviolati corporis perpetuo conserua-
re studeant. Senioribus debitam pres-
beant obedientiaz: neq; vilius iactātie
studio semetipsos attollant: doctrine z
lectionibus psalmis et canticis et eorū
exercitio ingiter incumbant. Tales em̄
esse

esse debēt qui diuinis cultibus se man-
cipandos student vt sciētie operā dēt:
doctrinē gratiam populis administret
xxij. distinctione, his igitur. In concilio
etiam Arelate. constitutus fuerit
q̄ dicte persone ecclesiastice plausus et
risus inuocandos agere, z fabulas inas-
nes referre, aut cantare nō presumerēt
nec turpia ioca ante se fieri paterentur.
Nec larvas demonum ante se deferri cō-
sentirent. Et q̄ in mensis honeste con-
uersarentur, z sobrie biberent z comme-
derent. vt. xliij. distinctione nullus pre-
sbyterorum cum duabus paleis sequē-
tibus positus pro capitulis, de conse-
cratione distinctione. v. quando. In cō-
cilio etiam Laodice. et Arelate. p̄
pe fuerit constitutum q̄ symbola z cō-
mensalia siue conuinia in quibus dicta
symbola fuerint nō exerceat z q̄ taber-
nas excepta causa necessitatis non itra-
rent. Et in. vi. Sinodo fuerit constitu-
tum q̄ in dictis tabernis alijs non mini-
strarent, nec tabernas tenerent: z si non
cessarent q̄ deponerentur. xliij. distin-
non oportet. j. z. ij. c. null⁹. zc. Et in con-
cilio Toletano fuerit constitutum q̄d
loco fabularum que mensis frequenter
interponuntur non necessarie, coram
eis ad edificationem animarum sacra le-
ctio legeretur. ea. distinctione pro reue-
ren. de cōsecratio. distinctio. v. in omni-
bus. Cum autem ista et alia extra de vi-
ta et hone. cleri. et in alijs diuersis iuri-
bus tradita de conuersatione vita z ho-
nestate clericorum z aliarum personarū
ecclesiasticarum non seruentur z ex hoc
vituperetur ministeriū nostrum z eccle-
sie contemptus habeatur est verum s̄m
Bregio. Si cuius vita despicitur eius
predicatio contemnat. ij. q. vij. §. Itēz
in euāgelio. videretur esse vtilē vt circa
dictam reformationē, z regulationem
vite et honestatis morum, et conuersa-
tionis personarum ecclesiasticarum pro-
videretur de remedio competenti. Itaz

videtur verificari illud euangelicum de
scribis z phariseis, q̄d super cathedrā
moysi sedebunt: que dicunt facite: que
aut faciunt facere nolite. Matth. xxij.
xxvi. q. vij. Alligāt onera vt ibi dicit. al-
ligant onera graua z importabilia z im-
ponunt in humeros hominum: digito
autem suo nolūt ea mouere. omnia au-
tem opera faciunt vt videantur ab ho-
minibus. Dilatant em̄ philateria suaz
magnificant fimbrias suas. Amāt eniz
primos recubitus in cenis: z primas ca-
thedras in sinagogis: z salutationes in
foro: z vocari ab hominibus rabi. Que-
quidem verba Christi in Matthe. xxij.
exponit Joānes chrisostomus in dicto
capitulo. alligant. de sacerdotibus z pō-
tificibus nostri temporis: qui omnē ius-
titiam populo mandant z ipsi nec mo-
dicam seruāt, vt in docendo iusti appa-
reant et iusti in faciēdo non existant. vñ
secundum eundem. xl. distinctione in ca-
pit. multi sunt sacerdotes z pauci sunt
sacerdotes: multi in nomine et pauci
in opere. Videte ergo secundum eun-
dem quomodo super cathedram sedeas-
tis: quia nō cathedra facit sacerdotem,
sed sacerdos cathedram. Non locus san-
ctificat hominem, sed homo locum san-
ctificat. Nō omnis sacerdos sanct⁹ est,
sed omnis sanctus est sacerdos. Qui be-
ne federit super ea honorem accipit ca-
thedre. Ideoq; sacerdos malus de sacer-
dotio suo crimen acquirit, non dignita-
tem. In iudicio enim sedis si quidez be-
ne vixeris et bene docueris, populuz be-
ne instruis. Si bene docueris quomodo
viuere debeat, bene autem docendo et
male viuendo, deum instruis quomodo
te debeat condemnare. Item quicumq;
desiderauerit primatum in terra, inue-
niet confusionem in celo: nec inter ser-
vos Christi computabitur, qui de pri-
matu tractauerit: nec vnusquisq; eorūz
sustinet quomodo maior alijs appa-
reat. Sed quomodo omnibus inferior

Guillelmi Durandi pars secunda.

videatur quoniam non qui maior fuerit in honore iter homines ille est inferior, sed qui fuerit iustior ille maior est. Hieronymus etiam scribens ad Heliodorum, ait quod non omnes episcopi sunt episcopi: et quod ecclesiastica dignitas non facit christianum. Et Augustinus. omni. vi. scribit quod non omnes qui dicunt pax vobis, quasi columbae sunt audiendi: cum columbae non sicut coruus: de morte pascat: sed de frugibus terre vivat: Innocentius censit victus eius: secunda questione septima non omnes: et capi non omnis.

Sane cum de dictis clericis fuerint in quarto concilio Carthaginensi. et c. lxxij. usque ad septuagesimum secundum capitulum. plurima que in diversis locis sparsa fuerunt, constituta: videlicet ut clericus neque comam nutriat neque barbam: quod nec vestibus, nec calciamentis decorem habeat: quod cum extraneis mulieribus habitare non debeat: nec per plateas et andronas nisi certa et maxima fuerit necessitas officii ambulare: nec ad forum et nundinas nisi aliquid empturus ibi sit ausus ire et agens contrarium, degradetur. Quod etiam si absque corporis sui iniquitate vigilans defuerit stipendio privatus excommunicetur. et quod si propter temptationes ab officio declinaverit aut negligenter egerit. Et quod quilibet clericus quantumcumque verbo Dei eruditus artificioso victum et vestitum sibi acquirat: vel quod agriculturam absque officii sui dignitate detrimere preparet, et quod omnes clerici qui ad operandum validi sunt artificiosa et operas addiscant. Quod clericus invidens fratrum profectibus, non promoveatur: et adulationibus et maledictionibus, et perditionibus serviens, degradetur. Quod litigiosus et discors et curribilis et verborum turpium ioculator et inter epulas cantans: et per creaturas iurans: et alijs ieiunantibus non iei-

unans, seditionarius, usurarius: et iniuriarum suarum ultor: et qui publicam egit penitentiam, repellatur a clero. Et de predictis capitulis multa ponuntur quadragesima sexta distinctione. clericus. cum septem capitulis sequentibus et nonagesima secunda distinctione. In dicto etiam concilio Carthaginensi. quarto, trigesimo sexto capitulo. et in vigesimo secundo capitulo. concilii Niceni. et in decimo quinto capitulo. secundi concilii Arelatensis. et sequentibus, fuit circa diaconos ordinatus quod obedientiam presbyteris exhiberent quod eis presentibus eucharistiam populo non traderent: quod ante eos non loquerentur nec sederent: et quod alba induerentur tantummodo tempore oblationis vel lectionis. de quibus multa capitula ponuntur. nonagesima tertia distinctione. s. ut ex premissis auctoritatibus usque ad s. c. c. pagis. et capitulis precedentibus et sequentibus. In eodem etiam concilio. xxxij. c. et sequentibus fuit ordinatum qualiter presbyteri sui exequerentur officium in propria ecclesia et in aliena. et quod in sedibus honorarentur ab episcopis intra cameram. Sed quod in ecclesia episcopi preferretur in sede: et quod crisma omni anno reciperent ab episcopo proprio. De quibus capitulis multa ponuntur. ccy. distinctione presbyteri et c. episcopus. et quasi per totum.

De episcopis autem fuerunt multa ordinata que infra ponuntur in rubrica. xxxvij. de casibus etc. In concilio etiam Arelatensi. xvij. et xvij. et xix. c. fuit statutum quod diaconus sine presbytero et presbyter sine episcopo nihil agerent, et quod unus episcopus alium non concuaret. et in xvij. c. primi concilii Elbertani continetur quod si predicti episcopi presbyteri vel diaconi detenti fuerint quod sint mechantes: propter scandalum et propter nefandum crimine in fine non recipiant communionem.

Rubrica

De modo genera. Cōci. celebrā. Fo. XXX.

Rubrica. xxxij. De clericis ut cum ad pubertatem pervenerint, coniugium aut castitatem profiteantur. Ne per eos de bonis ecclesiasticis eruditos postmodum ecclesia impugnetur.



Xtem cum in. xxj. c. predicti concilii Carthaginensi. fuerit constitutum quod lectores cum ad annos pubertatis pervenerint, cogantur aut uxores accipere, aut continentiam profiteri. Et dictum concilium sit conforme concilio Toletano. ij. primo. c. in quo statutum fuit quod illi qui a primis infantie eorum annis clericatus officio mancipantur. Postquam xvij. annum etatis sue compleverint, coram totius cleri et plebis conspectu requirantur ab episcopo si nubere vel castitatem tenere et servare volunt: quod si caste vivere elegerint: sub ecclesiastica regula teneantur. Si vero ex tunc contraxerint quod tanquam sacrilegi puniantur. xxvij. distin. de his. et dicta concilia et consimilia iura cum deliberatione magna fuerint constituta. et ad hoc forte ne per tales qui promovendi ad sacros ordines non intendunt, consumatur patrimonium Iesu Christi, quod pauperibus tantum debetur: Et subtrahit illis desideratis promovendi qui inde proficere possent: Videtur utile considerare an expediret dicta iura servari et provideri, quod illi qui de beneficiis ecclesiasticis aluntur, non possent ex tunc ad nuptias convolare. potissime cum plerisque mundi huius partibus a talibus plusquam a laicis dei ecclesia impugnetur. et quia si intentionem promovendi non habent non videtur quod salvis conscientijs dicta beneficia valeant retinere. Et quod ad restitutionem receptorum fructuum teneantur. ut extra de elec. commissa. lib. vi. vbi etiam dicitur quod illi qui talibus conferunt beneficia promotionem exigentia, quos non credunt promovendi, quod

propter dictam quam incurrunt offensam sunt obligati ad ecclesiam conservandam indemnem.

Rubrica. xxxij. Et prime sedis episcopus, princeps sacerdotum, vel vniuersalis ecclesie non appelletur.



Xtem cum in. xxvj. c. dicti. iij. concilii Carthaginensi. fuerit constitutum ut prime sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum aut summus sacerdos aut aliquid huius. Sed tantum prime sedis Episcopus et Gregorius. eulogio Patriarche Alexandrino scribens reprehendat eum: quia in literis directis ipsi Gregorio. vocauerat eum Papam vniuersalem: et prohibebat quod hoc de cetero non fiat, dicens: quod prelatis subtrahitur quod eidem Pape plusquam non exigit, prebetur. Et quod ipse non querit prosperari verbis sed moribus: et quod honorem suum non deputat in quo fratres suos honorem perdere considerat: quia honor suus est honor vniuersalis ecclesie et fratrum suorum solidus vigor. Tunc ipse honoratus est, cum singulis quibusque honor debitus non negatur. Si autem vniuersalis sedes aliorum prelatorum eum dicit, negat se hoc esse, fatendo ipsum vniuersum Papam. Quare vult idem Pape quod cessent talia verba, ne vniuersalis vocetur: que verba veritatem instant: et caritatem vulnerant. nonagesima nona distinctione ecce. ad pre dicta facit quod admonendi sunt subditi, ne plusquam expediat sint subiecti: Sicut idem Gregorius ait, ne cum studet plusquam necesse est hominibus subiecti compellantur eorum vitia venerari. secunda questione septima. admonendi. Ceterum namque est quod illud quod vni attribuitur alij subtrahitur. sicut probari potest. xlv. distin. disciplina. lxx. dist. archidiaconum. extra de relecti

ptis olim. in fine. ff. de iudi. cum pzetoz.
Et facit. C. de caducis tollen. l. j. §. vlti.
C. de nup. imperialis. in principio. Ad
idem etiam facit. Nam beatus clemēs
z alij romani pontifices etiam hacten⁹
scribendo epis preserebant eos sibi si
cut apparet in epistola. iij. Clemen. xij.
qō. j. dilectissimis. z in epistola Damasi
pape ad Eusebium Carthagineñ. epis
scopum. z in epistola Euaristi pape di
recta fratrib⁹ vniuersis epis Africe re
gionis. Et in epla Alexandri pape dire
cta oib⁹ epis p diuersas regiones pstitu
tis. Et in epla Sixti pape q se vocabat
similiter romane vrbis archiepiscopuz
directa omnib⁹ episcopis: z in epistola
Ehabessori pape, qui se similiter voca
bat romane vrbis archiepiscopum dire
cta fratrib⁹ charissimis z dilectissimis
episcopis. Et in epistola Ioh⁹ pape qui
se filr dicebat aplice sedis archiep⁹z dire
cta oib⁹ ecclesijs in eadē in qua sum⁹ si
de z doctrina manentibus. z in episto
la Soceri pape directa dilectissimis fra
trib⁹ episcopis per Italie prouincias
constitutis. et in epistola Zepherini v
bis romane archiepiscopi directa fra
trib⁹ carissimis militantibus per egyptū.
Et in epla Calixti pape directa cha
rissimis atq; dilectissimis fratrib⁹ p
Decisse atq; Toletane prouincias con
stitutis. in epistola Fabiani pape dire
cta dilectissimis vbiq; catholice ecclesie
cōministris. Et in epistola eiusde⁹ dire
cta Hilario episcopo. Et in epistola cor
nelij pape directa charissimis atq; dile
ctissimis sancte dei ecclesie filijs. Et in
epistola Lucij pape. directa dilectissi
mis fratrib⁹ omnibus episcopis in p
tibus occidentalibus tam in Galijs q̄
Hispanijs consistentibus. Et in litera
Stephani pape directa Hilario episco
po. Et in litera Sixti pape directa dil
ctissimis fratrib⁹ per Hispaniorum
prouincias constitutis. Et in litera Se
licis pape directa paterno episcopo. et

etiam Berengario episcopo, Et in lite
ra Anthifiani pape directa episcopis
per Beticam prouinciam constitutis.
et in litera Hasi pape directa Felici epi
scopo. Et in literis marcelli pape dire
ctis episcopis per orientales et Antio
chenas prouincias constitutis. Et in li
teris Sicebñ pape directis episcopis
per Hallicanas prouincias et per camo
paniam prouinciam et Tusciam consti
tutis. Et in literis Adelchiadis pape
directis benedicto et laurentio, et ceter
is episcopis Hispaniarum prouincia
rum. Ex quibus omnibus videt⁹ mo
dus assumendus quod sic romana in
scribendo honoraretur ecclesia, et quod
alijs honor debitus nullus negaretur.
Rubrica trigesima quinta. Et nul
li in ecclesijs conuiuentur, nec placis
ta teneantur in eis. z q̄ confratrie in q̄
bus tam clerici quam laici se ingurgis
tant, tollerētur: sed daretur paupibus
quod expenderetur in eisdem.

Tem cum in trigesimo scō
capitulo pfati concilij Cartha
ginensis fuerit constitutum
quod nulli episcopi vel cle
rici in ecclesijs conuiuentur nisi forte
transientes hospitiorum necessitate il
licresciantur. z quod populi etiam ab
huiusmodi conuiuijs quātum fieri pos
test prohibeantur. quadragesima secun
da distinctione. nulli. Et idem etiam p
hibetur in concilio Laodicensi. Et idē
habetur ex dictis beati Augustini et
benedicti. eadem distinc. non oportet. j.
et illis paleis signatis p capitulis ora
torium. et in oratorio. z placita in eis te
neri non debeant. vt in generali concis
lio per Grego. celebrato. extra de immu
nitate ecclesie. decet. nec confabulatio
nes: nec negotiationes fieri sicut mul
tipliciter probatur ibidem et quo ad
ecclesias et cemiteria eorundem. sed pe
na spiritualis quo ad contrarium at
temptantes non imponatur ibidem.
sz conuiuentur

sed comminetur quo ad hoc duntaxat
q̄ processus z sentētie in dictis locis ha
biti z habite careant firmitate. Et pres
dicta iura z cōcilia diuinis z humanis
legibus cōformia in plerisq; mundi par
tibus non seruentur. Videtur vtile
q̄ sup eozū obseruatiōe prouiso habe
ret. videt⁹ isup vtile q̄ z fratrie in quib⁹
bus tam clerici q̄ laici se ingurgitant et
cōmessationibus z ebrietati et in mul
tis diuersis tractatib⁹ contra eozū supe
riores vacāt. reprobarēnt. Et qō illud
qō. in eis expendit pauperib⁹ distribue
retur vel expenderet ad honorez illoz
sanctorum pro quozum veneratione cō
fratrie dicunt⁹ supradicte. Nec cōtraria
tur concilium Sangren. xxx. dist. si quis
per superbiam. et. xliij. distinctio si quis
despicit. q̄ loquuntur cum quis per su
perbiam despicit congregationes que
sunt in basilicis sanctorum vel cōiunia
que pauperibus largiuntur: que intra
ecclesias fieri non debent nec ministri
altaris partes a talibus confratrib⁹
recipere debent. xliij. dist. nō oportet pri
mo z secūdo. z. c. nulli.

Rubrica. xxxvi. vt penitentib⁹ iuxta
peccatorum suozum modū penitentia
imponatur. et q̄ canones penitentia
les ab omnibus obseruentur.

Tem cum in. xxxij. c. predi
cti concilij Carthagineñ. fue
rit constitutum vt penitenti
bus secundum differentiam
peccatorum Episcopi arbitrio peniten
tie tempora decernantur. qō. c. ponitur
xxvi. q. viij. penitentib⁹ z idem habeatur
ea. q. in. c. precedentibus z subsequentib⁹
bus. et de peniten. distinc. ij. z. c. facta. et
de penitē. distinc. v. c. j. cum sequentib⁹.
Et predicta iura z consimilia vt in ipsis
iuribus. de peniten. dist. j. mensurā. ac in
alijs notatur. Intelligentur cum pena
non est expressa a iure: q̄ aliter s̄m Gre
go. falsas penitencias dicimus que non
scōm auctoritatē sanctorum patrū pro

qualitate criminis imponuntur. de peni.
ten. distinctione. v. falsas z facit extra de
offi. delega. de causis. cum eius concor.
Videret vtile q̄ canones penitentiales
quos s̄m beatū Augu. omnes sacerdo
tes scire debēt: z si ignorent. sacerdotū
nomen vix habere nō merētur. xxxviij.
distin. que ipsis sacerdotibus in vnum
redigerent volumen. cuius copia z noti
tia ex necessitate ab omnibus curatis et
alijs confessiones audientibus habere
tur z sciretur. Ad hunc finē vt causa de
bita penas ibi constitutas aggravare
mitigare z commutare valeant. vt. l. dis
tinctio. de his vero. z. c. de his clericis.
xxxiiij. distinc. fraternitatis. nihilomi
nus tamē innotesceret peccatoribus cō
sistentibus dictas penas vt penitēcias
fuisse Spiritus sancti instinctu a san
ctis patrib⁹ z cōcilijs constitutas. xvi.
distinctione. habeo libru. xx. distinc. §.
ibi plurimi autem tractatorum sicut
pleniori gratia spirit⁹ sc̄ti. Ita amplio
ri sciētia alijs precellētes rationi magis
adhesisse probentur. **E**x hoc nempe
sequitur qō Hieronym⁹ pbat. q̄ null⁹
consistentiū cui pena indiceret⁹ cano
nis pro crimine determinata dubitaret
peccatū suum sceleratius esse q̄missum
quod videt⁹ fuisse gratias vindictā
xxiiij. q. j. non afferamus. Nam z lex ciui
lis dicit q̄ maiora delicta maiorib⁹ pe
nis. minora vero delicta minoribus pe
nis sunt puniēda. Et in delicto equali
proximas esse penas. in aut. vt fratru
z filij. colla. ix. xl. distinc. homo xpianus.

Rubrica. xxxvij. De acq̄sitis ab his
qui ecclesiasticum obtinent gradum vt
ecclesijs conferantur.

Tem cum in. l. j. et penultio
mo cap. prefati concii. Agas
then. fuerit constitutum qō
episcopi. presbyteri. diacon
i et quicunq; clerici qui nihil habētes

ordinantur et tempore episcopatus vel clericatus sui, agros et quecumque predia nomine suo comparant tanquam rerum dominicarum inuasionis crimine teneantur, nisi admoniti ecclesie eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicuius vel successione cognationis euenerit faciat idem quod eorum proposito congruerit. Quod si a suo proposito retrosum exorbitauerint, honore ecclesiastico indigni tanquam reprobi iudicentur.

¶ Et cum predictum concilium positum, xij. q. ij. placuit, consors concilio Thole. e. q. quicumque, et ea. causa. z. q. iij. sacerdotes et concilium Bracharen. z. Almagutinen. ea. q. quicumque, z. capit. presbyter. z. concilium Agathen. liij. z. liij. c. martini Pape et canonibus apostolorum. e. causa. z. q. j. episcopi de rebus. z. c. manifesta. z. c. si manifesta. et iura consimilia non seruentur: nec fiat inuentarium a dictis episcopis in eorum promotione secundum doctrinam Pape Helagii traditam. xxvij. disti. de syracusane, videtur pensandum an expediret iura huiusmodi obseruare et in. v. c. ij. concilium Toleta. In quarto autem. c. ix. concilium Toleta. continetur quod de coqueitis per presbyterum fiat equalis diuisio inter ecclesiam et eius heredes qui tamen nihil possunt absque voluntate de bonis mortui episcopi usurpare: ut in. ix. c. eiusdem concilium, potest tamen idem episcopus tertiam ecclesiasticarum rerum sibi cum voluerit conferre sicut in. vi. c. dicti concilium continetur. Prouidendum esset insuper quod discrete persone ecclesiastice non ditarent nec exaltarent, nec nobilitarent parentes suos de bonis ecclesiasticis: quod facta in contrarium ut melius possent corrigere.

¶ Rubrica. xxxvij. De aliquibus episcopos et prelatos contingentibus: que principaliter per omnia non obseruatur, et de statu et excessibus eorundem, et de pauperibus et scholaribus in scholis prouideatur. Et quod prelati et alie persone eccles-

siastice sicut iura precipiunt de iuribus et rebus ecclesiasticis spiritualibus nihil disponere in iudicio laicorum presumant: nec propter eorum prohibitionem ecclesiasticam dimitterent iustitiam exercere. Et quod excommunicationis sententia non fulminetur superflue: victusque vestitus familie eorum prouideatur.

Nem cum constitutus fuerit in. iij. concilium Cartagine. capitulis. xij. xv. sequentibus. quod episcopus vilem suppellectilem et mensam ac victum pauperem habeat et dignitatis sue auctoritatem fidei et vite meritis querat. et quod hospitium non longe ab ecclesia habeat et que capitula ponuntur. xij. di. episcopus. et in. xvj. capit. eiusdem concilium continetur. quod episcopus indigentium curam per presbyteros et diacones agat. et in. xvij. ca. eiusdem concilium statuatur quod episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat. et in. xix. quod episcopi pro rebus secularibus non litigent. et in. xx. c. quod episcopus tantum diuinis vacet. Que capitula pro maiori parte. lxxxvij. disti. episcopus. j. et. ij. Et in. xxij. et in. v. et. vi. lvij. xxxij. xxxij. z. vi. z. v. capitulis eiusdem concilium continetur quod episcopus sine testimonio clericorum et plebis clericos non instituat: et quod causas clericis presentibus audiatur: Et ut quando predicat nullus discat alioquin excommunicetur. Et quod episcopos discedentes synodus reconciliet: et quod de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat: et quod rebus ecclesie tanquam commendatis non tanquam propriis utatur. Et quod episcopus sedes in aliquo loco stare presbyterum non patitur. Et quod licet in ecclesia in conspectu presbyterorum sit sublimior intra domum collegam se presbyterorum agnoscat. Que capitula sunt alijs iuribus et concilijs consona. xc. distinctione. c. j. z. c. discedentes. xcj. distinctione. olim. z. c. episcopus. z. c. episcopus. j. et. ij. z. vij. q. j. placuit. ut nemini

nemini facultas sit cum. c. precedentibus et sequentibus. xv. q. vij. episcopus. nullus causam audiat cum precedentibus et subsequenter. Et cum supradicta iura non seruentur nec etiam consimilia, videretur super hoc prouidendum et super consimilibus sicut est. v. cap. v. concilium Cartagine. in quo statutum est ut nulli episcopo sit facultas, relicta principali cathedra ad aliquam ecclesiam in diocesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius quam oporteat constitutum curam vel frequentationem proprie cathedre negligere. vij. q. j. placuit. j. In quo etiam concordat Africanum concilium, in quo prohibetur dictis episcopis et reliquis clericis migrare de ciuitate in ciuitatem. Et Grego. qui statuit quod in monasterio deputaretur episcopus, qui in ecclesia sua residere contemnit. vij. q. j. non oportet. z. c. peruenit. z. sicut est concilium Cartagine. ij. z. xxij. c. in quo statutum est quod plebes alienas non usurpent. ij. q. j. placuit. secundo. Et. xxij. c. eiusdem concilium: ut alienos clericos non auderent retinere vel etiam ordinare. lxxj. distinctione. de aliena, cum. c. precedentibus et subsequentibus. Et capitulum. xxx. eiusdem concilium, ut sine licentia metropolitani longe non proficiantur. z. xlviij. ut facti episcopi solam illam diocem retineant ad quam fuerint ordinati. Et sicut est illud concilium Agathen. vij. q. j. si quis in clerico. vt. s. diebus solennibus natiuitatis domini, Epiphanie, Pasche et Penthecostes ipsi episcopi et alij de clero ab ecclesia non absentent: et quod dictis diebus extra parrochiales ecclesias missa in oratorijs priuatis cum altari portatili non dicantur. de consecratione distinctione prima si quis etiam extra. Et sicut est illud Anacleti Pape de consecratione distinctione prima: episcopus deo sacrificans testem secum habeat. In solennibus quippe diebus aut festum aut quinq. aut tres diaconos sub

diaconos et reliquos ministros et sacerdotes secum habeat. Et illud Lucij Pape eadem distinctione inhibemus. quod in omni loco episcopi non deserant duo presbyteri et tres diaconi propter ecclesiasticum testimonium. sicut est illud Grego. in generali synodo secunda questione septima, Cum pastoris vita in exemplum debeat esse discipulis, plerumque clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis, nesciunt: quam tamen seculares pueri et seruientes sciunt. de qua re presentis decreto constitutum, ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi in ministerio cubiculi pontificali obsequantur: ut is qui in loco regiminis est, et tales habeat testes qui veram eius in secreto conuersationem videant, et ex sedula visione exemplum profectus sumant. Et idem Grego. eadem questione peruenit. quod episcopi suos et dissolutos in sua societate non retineant. Et illud Paschalis Pape, eadem questione prima capitulo ultimo. quod ipsi episcopi lectioni et orationi vacarent: et in hoc Adoysem et Aaron immitentur. trigesima sexta distinctione si quis. Et illud quod illi episcopi qui impotentes sunt sibi petant coadiutores dari. septima questione prima peristi. et capitulo quinta. z. decima quinta questione sexta alius: et illud Helagii Pape vigesimatertia questione octaua quo ausu, et sequentibus: quod sine auctoritate papali vel concilium provincialis ad comitatus regales non accedant. non enim in episcopos inungantur nisi ut procuratores animarum et distributores spiritualium existant. vnde decima questione prima. §. ex his omnibus. et ut docti alios doceant. octuagesima sexta distinctione per totum et ut viduis et orphanis et oppressis eorum presidium implorantibus suum patrocinium largiantur. octuagesima septima distinctione, per totum: ut in eis vita et doctri-

Guillelmi Durādi Pars secunda

na concordent, et lectioni orationis pre-
dicationi vacent. xliij. dist. §. j. lxxxvj. di-
stin. fratrem. et lxxxvij. dist. episcopus
nullam. Et ut vigilanter et sollicitè po-
pulos sibi creditos regant. ea. distin. ra-
tionis. vij. q. d. i. suggestum, et duobus. c.
seq. Et ut res ecclesiasticas habeant, regant
non ad dissipandum sed ad dispensandum. xij.
q. j. episcopus. et c. expedit. et c. res eccle-
siastice cum duobus sequentibus, et de
eis hospitalibus existant. xlix. distin. §. ho-
spitalium: et de ipsis rebus ecclesie pri-
mum sibi, postea ministris demum alijs fi-
delibus provideant. xij. q. j. nulli episco-
porum, et quod eas in suam aut suorum pro-
prietatem non convertant. xij. q. j. epi-
scopus. et c. res ecclesiastice. et in. vij. c. co-
cilij Agathen. quod de ipsis rebus ecclesia-
sticis earum dispensatione ratione audi-
ant. x. q. iij. c. j. et quod eas non alienent. de his
que sunt a prelate sine consensu capituli no-
uit. Quod ecclesie deteriori conditionem
non faciant. extra de in integ. resti. c. j.
quod provideant de personis per quas
eorum subditis predicetur. extra de off.
ordi. c. inter te. et c. quoniam. Quod or-
dinantur in ecclesijs eorum cathedralibus
et baptismalibus sint magistri, qui
gratis scholares pauperes doceant: pro
docendi licentia nihil exigant sicut pro-
uide fuit constitutum in concilio Late-
ranen. extra de magistris. c. j. Et per In-
nocent. iij. in concilio generali. eod. titu.
quod nonnulli. que quidem statuta esset per
quod utile observari et etiam in hoc videretur
utile ampliari et decima pars omnium
beneficiorum ecclesiasticorum secularium
et regularium assignaretur pauperibus
scholaribus, in singulis facultatibus
studiorum in studio generali per quos
dei posset illuminari ecclesia: qui in ea
(prout Basiliensis. legitur. et eo. tit. super
specula) velut splendor fulgerent firma-
menti. Ex quibus posset postmodum
copia doctorum qui velut stelle in per-
petuam eternitatem mansuri ad iusti-

tiam plurimos erudirent. Et possent de
eruditioribus nutritis ordinari qui in civita-
tibus et diocesisbus monasterijs de quo-
rum bonis et beneficijs nutriti et instru-
cti fuissent, domino famularerunt: iuxta
illa capitula. lxx. distin. nullus. et c. enu-
tritis. lxx. dist. clericos, et prout plenius
dictum est. §. in. xv. rub. huius secunde
partis.

De excessibus prelatorum.

Sane cum dicti episcopi et pre-
lati sint in loco apostolorum
ut. lxxij. distin. quorum vices.
et. xxj. distin. in nouo. reprehē-
duntur a Hieronymo non solum si ser-
mones eorum non imitatur sed et con-
versationem abstinentiam. xxxvj. dist. ecclie.
Unde deberent curare quod in eis non es-
sent illi defectus de quibus dictum est
supra in. xxxij. rubrica huius secunde par-
tis. Et quod precaverent sibi ne eorum sub-
ditos tallijs et aggravationibus aggra-
varerent: et ne per parochias ecclesias suas
crudeliter deservirent, et ne rectores in
procuracionibus gravarent: ne victimam
longi temporis brevis hora consumat.
sicut habetur ex concilio Lateranen. ex-
tra de censu. cum apostolus. x. q. iij. quia
cognovimus cum quatuor. c. sequenti-
bus. xvij. dist. quoniam quidem. de cen-
sibus ea que de privilegijs cum ad quo-
rundam. de immuni. ecclie. quia plerique
manus namque suas deberent servare in-
noxias: nullumque lucrum contingere. in
autem. de manda. princ. §. j. colla. iij. de
collatoribus. §. quoque colla. ix. C. de sus-
perindicto. l. j. lib. x. ff. de dam. infect. ex
damni. Cavere etiam sibi deberent ne ex
communicationis suspensionis et interdicti
sententias iniuste et iuris ordine non ser-
vato, et sine causa legitima vel ex odio fo-
mite proferant. de excessib. prela. c. j. de
appellatio. reprehensibilis. de accusati.
qualiter. ij. §. j. ad finem. ij. q. j. nemo. xj.
q. iij. §. si ergo. et. §. cum ergo. et c. nemo
quorum et sequenti. Ubi inter cetera con-
tinetur

Demodo generalis Conci. celeb. Fo. XXXIII.

tinetur et ex levi causa non deberet hu-
iusmodi sententias fulminare: nec etiam
ex iniusta, cum hoc parum referat vtru-
iusta causa sit vel iniusta. ff. de autorita-
tute. nulla differentia. que tamen male
servantur in ecclesia dei, cum pro ser-
vantijs in multis partibus dicte senten-
tie proferantur. **C**onsequenter prouideri de-
beret cum dicta sententia sit mucro epi-
scopalis qui sepius hebetatur vel fragi-
tur. cum de eo passim et indistincte per-
cutitur. xvj. q. ij. visis. et sit talis pena dis-
tincta excommunicatio qua nulla maior
est in ecclesia. sicut ait Augustinus. xxiiij.
q. iij. corripiantur. Unde cum pena de-
beat proportionari delicto. xxiiij. q. iij. non
afferamus. in fin. nec sit excommunican-
dus quis nisi pro mortali peccato: cui ana-
thema sit eterne mortis damnatio, nec
sit infligenda nisi illis qui aliter corrigi
non possunt sicut habetur in concilio
Aldens. et in dicto capitulo. nemo epi-
scoporum: nullus sacerdotum quemquam
hominem recte fidei pro parvis et levi-
bus causis excommunicare habeat. sicut
dicitur in concilio Agathen. c. iij. et in co-
ncilio Aluernen. ij. q. iij. episcopi. et cap.
nullus sacerdotum. quod minime obser-
uatur in romana ecclesia: in qua et a cuius
delegatis contra prelatos et alios pro-
minimo sententia fulminantur, contra
decretalem illam Alexandri. iij. de offi-
cio deleg. quia pontificali. et hoc non in-
iuste dei iudicio: ut in quo ipsi prelati et
eorum curie delinquant et hoc etiam puni-
atur. xij. q. j. §. bis. i. q. j. §. ex his. ut quod
fulti sunt in culpa sapientes efficiantur
in pena. fm dictum Grego. in moral. xx-
vij. distin. qui ea. Item debent sibi cau-
ere dicti prelati ne nimium rigidi vel
nimium remissi existant. xl. distin. disci-
plina. nec sine compassione puniant. xlvj.
dist. h3 hoc. et ne propter predicationes
superbiant, ut ibidem, nec indignos pro-
moucant. xliij. distin. tales. xlix. distin.
per totum. lxx. di. lxx. di. per totum. itez ne

exquirant nimis delicata cibaria. xij. q.
ij. Gloria epi. xxxvj. distin. ecclesie. nam ven-
ter cui coquorum multitudo deseruit,
edificia virtutum ad solum redigit. et ve-
ter mero estuans, cito despumant in libi-
dinem, sicut Hieronymus ait. xxxvj. di-
venter. xliij. di. §. j. Unde videretur quod
circa superfluitatem cibariorum et etiam
circa superfluitatem ornamentorum et
vestium ac familiarum, prouideri habe-
ret. ita ut nec sordidis, nec nimis ac ful-
gidis vestibus se ornarent, ut enim ait
Hieronymus. nec affectate sordes, nec
exquisite delicie laudem pariunt: quod
tam de vestimentis quam de cibis intelligen-
dum est, sicut plene probatur. xli. distin.
§. j. cum. c. sequentibus. et. xxj. q. iij. per
totum. nam qui mollibus vestiuntur, in
domibus regum sunt: ut ea. q. c. j. unde
dicti episcopi et prelati non deberent in-
cedere sine rochetis nec ipsi et presbyteri
sine vestibus eorum ordinibus congruen-
tibus. ea. q. nullus. cum tribus. c. sequen-
tibus. Item debent sibi cauere dicti prelati, ne
redditus diminuunt subditorum, nec
decurtent privilegia eorum. de privile-
c. j. et c. ad hec. ne sede vacante. c. j. de ex-
cessu. plato. dilecti. et c. sane. Ad hanc ru-
bricam de episcopis faciunt et adduci
possunt illa que posita sunt supra in pri-
ma rubrica. et in. iij. et in. iij. p. me partis.
et in multis rubricis huius secunde par-
tis, scilicet i. j. ij. vij. viij. xi. xij. xv. xvj.
xvij. xvij. xx. xxij. xxij. xxij. xxvij. xxvij.
xxix. xxx. xxxij. xxxv. et xxxvij. Que pos-
sunt ad ea que tangunt prelatos et epi-
scopos et que in eis correctione et refor-
matione indigent, adaptari. Ad predi-
ctorum etiam episcoporum officium pro-
tinet, ut pauperibus et infirmis qui des-
bilitate faciente, non possunt suis manibus
laborare, victum et vestitum in qua-
tum possibilitas habuerit, largiantur.
sicut habetur in. xij. capi. concilij Aure-
lianensis. et quod de his que oblatione
fidelium in altario conferuntur, medic-

tatem sibi vendicent, et medietatem clerico dispensent. Et quod de his qui parochiis et aliis offeruntur seruent antiquos casones et quod in eorum remaneant potestatem sicut in .x. et .xj. c. dicti concilii Aurelianensis continetur. Et quod diebus dominicis nisi infirmitate impediti ecclesiis quibus proximi fuerint, deesse non debeant: sicut in ult. c. dicti concilii continetur. et de conse. dist. iij. episcopus si infirmitate. Et cum predictis concordat etiam alia concilia et iura .x. q. i. et .j. q. ij. et .iij. et .xij. q. j. et in multis capitulis que hodie non seruantur. sicut est. iij. c. xvij. c. et .vij. concilii Toletani positus. x. qd. iij. inter cetera. ubi excommunicationes episcopis Gallie, de quibus specialiter conquerebantur subditi propter rapacitatem eorum, prohibentur. Contra omnes autem se ingurgitantes inuehitur disputatio septimi concilii Toletani. In concilio autem Aurelianensi. Statuitur quod episcopus si infirmitate non fuerit impeditus ecclesie cui proximus fuerit die dominico deesse non debet. et ponitur dictum capitulum de consecra. dist. iij. episcopus. Secundum etiam quartum concilium Carthaginense. episcopus vilem suppellectilem et mensam et victum pauperum: et hospitalium non longe ab ecclesia habere debet: et dignitatis sue auctoritatem fidei et vite meritis querere. xij. dist. episcopus. Verum cum in regno Sicilie et in multis aliis mundi partibus sint episcopi a deo pauperes quod vix vnum equum et vnum seruitorem secum tenere possint et ex hoc vilescat apud vulgus conditio eorumdem, videretur super hoc prouidendum: Cum etiam in multis diocesis sint aliquae ecclesie et alii qui prioratus temporalium iurisdictionem habentes quam per se ipsos regere et defendere non possunt, et sic in ecclesiasticum preiudicium deperit et ad potestatem deuenit laicorum ecclesie oppido infestorum, videtur super hoc

prouidendum quod prelati et alie persone sicut iura precipiunt, de iuribus et rebus ecclesiasticis spiritualibus nihil disponere in iudicio laicorum, nec propter eorum prohibitionem ecclesiasticam dimitterent iustitiam exercere in synodum Eugenii pape. de iudicis. decernimus.

Rubrica. xxxix. De oblationibus discordantium et opprimentium pauperes et aliquorum aliorum non recipiendis in ecclesia.

Item cum in. xcij. et. xcij. capitulum dicti concilii Carthaginensis positus. xc. distinct. continetur quod oblationes defendentium fratrum neque in sacrorario neque in gazophylacio recipiantur. Et quod consimiliter dona eorum qui pauperes opprimunt a sacerdotibus refusetur. Et idem statuatur Nicolaus papa de respuendis oblationibus sacrilegorum et inuasoribus, et depredatoribus rerum ecclesiasticarum. xij. questione. ij. de viro. Et idem scribat Augustinus in. j. epistola ad Bonifacium. c. j. de illo qui per violentiam extraxit de ecclesia feruum suum, qui confugerat ad eandem. xvij. questio. iij. minori. Et idem scribat dictus Augustinus ad Macedonium de officialibus qui contra ius societatis humane furtis, rapinis calumniis, inuasionibus et oppressionibus aliqua abstulerint que Zachari publicani exemplo reddenda sunt potius quam donanda. xiiij. q. v. non sane. in fine. Et idem dicatur per predictum Augustinum de electionibus non faciendis ex fauore vel usuris, nec ex quolibet male acquirentibus de alea, ludo. de distributione, de symonia, de meretricio raptu et consimilibus. vt. xiiij. qd. v. c. j. cum sequentibus. et. j. questione. j. non putanda. extra de raptoribus super eo. de usuris quia in omnibus. de consecra. dist. iij. eos. et dicta iurat alia in glossis in dictis locis positus signata non seruentur

gentur, et hoc auaricie et turpi lucro ascribatur, Et exinde honestas ecclesie deformetur, videretur esse super hoc prouidendum verissime, potissime cum a religiosis de ordine paupertatis frequentius furariorum funera pre ceteris honorentur.

Rubrica. xl. De defensoribus ecclesiarum a principibus postulandis.

Item cum in. x. capitulum iij. concilii Carthaginensis fuerit constitutum vt ab imperatoribus postulentur defensores ecclesiarum per quos ecclesia defensetur. cum prouisione episcoporum aduersus potentias diuitum, a quibus quidem diuitibus ipsa ecclesia et pauperes: quorum defensio ad ecclesiam pertinet assignantur. Et istud sit satis consonum aliis iuribus: vt. x. di. si in adiutorium. cum beatus apostolus (vt ibidem habetur) Actuum. xxij. aduersus iniuriosos auxilium imperiale inuocauerit. Et impatores reges, et principes a deo fuerint constituti vt ipsam ecclesiam eiusque ministros debeant defendere. xxij. q. v. principes, et c. regum. et c. administratores. et. q. iij. c. nimium sunt inquieti vsque in finem questionis, et dicti defensores essent modernis temporibus ecclesiarum et personis ecclesiasticis perquam necessarij quia indebite ab eis et ab aliis pluribus affliguntur. videntur prouidendum si esset vtile huiusmodi defensores ab vniuersis principibus per ecclesiam postulari. Cuius persone ecclesiastice ex quadam necessitate habeant hodie plus ceteris in curijs principum litigare. Idem etiam fuit statutum in xvj. c. coci. ad Silenitanum. f. p. causis ecclesiarum aduocati a principe postulentur.

Rubrica. xli. De consecratione et congregatione concilii generalis.

Item cum in. viij. c. concilii ad Silenitanum sub imperatoribus Archadio et Honorio celebrati, fuerit constitutum quod cau-

se ecclesiastice que communes non sunt toti ecclesie Africane in suis prouincis iudicentur, et quod illis qui coes sunt generalis synodus conuocetur. Videtur vtiliter quod predictum concilium per romanam ecclesiam seruetur quicunque iura pendenda sunt, cuius dicta iura per tangentes coem vtilitate sint edenda. iij. di. f. j. et c. facte et c. erit. Et quod idem seruetur quando cunq; aliquid esset ordinandum de tangentes coem statum ecclesie vel ius nouum codendum. Cum illud quod oes tangit ab omnibus approbari debeat. lxxv. di. c. j. et. iij. lxxvi. di. c. j. Sane in secundo concilio Arelaten. c. xvij. continetur quod ad arelatis episcopi arbitrium synodus est congreganda. Ad quam vrbem ex omnibus mundi partibus sub sancti Martini tempore legimus concilium celebratum fuisse. Arelatis men. xvij. di. f. j. cum capitulis sequentibus ad Marcellum, Iulium, Damasum, Gregorium, Pelagium et Symachum papam scribunt hec ad romanam ecclesiam pertinere.

Rubrica. xliij. De praesidiis rei publice, vt sine licentia episcoporum non communicent.

Item cum in. viij. c. concilii Arelatis fuerit constitutum de praesidiis quod fideles ad praesidatū non filium vt cum promoti fuerint literas accipiant ecclesiasticas coicatorias, ita tamen in quibuscumque locis gesserint ab episcopo eiusdem loci cura de illis agatur vt cum cepint cum disciplina publica agere. f. contra ecclesiam tunc demum a coione excludunt. Et quod si fiat de his qui rem publicam agere volunt. Videtur pensandum propter molestiam quam officiales rei publice ingerunt hodie ecclesie, si dictum concilium posset vel expediret renouari. in. vij. do. c. concilii Libertani statuit quod illo anno quo magistratus gerunt non communicent.

Rubrica. xliij. De exequiis episcoporum et platorum a conuincino plato peragendis et cura eius ecclesie suscipienda.



Item cum in.iiiij. r. v. c. concilij Regien. fuerit constitutum qd cum ecclesia episcopo casruerit, qd immediate vicine ecclesie episcop^o ad exequias pro eo celebrandas accedat, et qd statum predicte ecclesie vacantis districtissime gerat, ne ante ordinationem alterius propter discordiam eligentium aliqua novitas v^t subuersio eneniat. Et qd per dictum episcopum inspectio et descriptio omnium rerum episcopaliuz fiat: ceteri vero episcopi sine metropolitani licetia no accedant vacationi tempore: nec etia alijs, ne se electioni de se celebrande ingerere videantur. Considerandum est an expediat statuta huiusmodi renouari: cu honestate ecclesiaru r. vtilitatem concernere videantur. In. xij. etia. c. concilij Terzacone. statutum est, qd vbicumq; episcopus intestatus decedat de omnibus vtenilibus et supellectilibus et alijs a presbyteris r. diaconibus inuentarium fiat: r. si quid de eis subreperint, qd furti teneantur. r. c. concordat de electio. q. sepe. de offi. ordi. presenti. lib. vi. r. in ultimo c. concilij hilderden. r. in. ij. a. r. iii. c. concilij Valentini: et in tertio. r. vij. c. concilij Toleta. In. ix. autē. c. ix. concilij Tolletani habetur qd si episcopus sacerdotem tumulauerit cum etiam locuplex fuerit qd non recipiat vltra vnam libra auri. et si non sit locuplex qd no recipiat vltra dimidiam, nisi aliqua ornamenta offerantur eidem.

Rubrica. xliij. De ministris ne sine chrismate pficiantur.



Item cum in primo. c. concilij Aurasici fuerit constitutum qd nullus ministroz qui baptizandi sumit officium sine crimine vniq; debeat progredi: qd baptizandi habet crimari. Considerandum est an expediat dictum concilium obseruari propter periculum qd imminere pot baptizadis i parochijs diffusis, r. in motanis in quibus gentes habitant longe ab ecclesijs: r. in regionibus in quibus in dei r. pagani vna cu catholicis puerantur. Itē fm Greg. du adhuc ad pbenduz misterium, redemptionis tempus queritur, interueniente paululum mora inueniri no valeat q redimat. v. di. baptizari.

Rubrica. xlv. De immunitate ecclesiarum subtrahenda his qui ad eas cofugiunt si homicide voluntarij fuerint, vel p debitis fugerint, vel in tali casu in quo degradati tradi curie seculari deberent: et qd persone ecclesiastice per iudicium industriam r. insidias homicidiaz committentes degradentur.



Item cum in. v. r. vi. capitulis concilij Aurasici. contineatur eos qui ad ecclesiam fugerunt tradi non debere sed ob loci sancti reuerentiaz defendi. et ex hoc et alijs concilij r. capitulis consimilib⁹ postis. xvij. q. iij. miror. et. c. reum cum subsequen^tibus: r. extra de immu. eccle. quasi per totum, ecclesia defendat non solum reos sanguinis de quibus defendendis loquitur Grego. xliij. q. v. reos et dicto ca. reum. Et pro maiori parte iura de hoc agentia, verum etiam alios Et prouiso Helasij pape vt serui ad ecclesiam fugientes ad defraudandum dominos suos post prestitam securitate a domino de impunitate eorundem de ecclesia extrabantur inuiti. Et quod idē fiat de fugitiuis a quibus rationes petuntur. decima septima. q. quarta. §. verum. r. capitu. metuentes r. c. vxoz. felix. hodie communiter no seruetur. nec lex illa. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt. presenti. §. si seruus: r. de immunitate ecclesiarum inter alia. §. ultimo. Quinimmo ecclesia defendat passim quoscunq; ad ipsam pro debitis fugientes nec

tes nec infra ecclesiam tales intra fines immunitatis represententur iudicibus nec ecclesia reddat bona talium que aliquando habet, sicut tenetur facere secundum dictaz legem presenti. r. §. r. sequentibus et propter premissa aliquando domini temporales excedentes limites suos infringunt dictam immunitatem ecclesiasticam quo ad illos qui fuerunt per ecclesiam defendendi, videretur super hoc prouidendum. Et insuper de homicidis perpetrantibus homicidia ppe cemiteria, vel ecclesias, vel longe ab ipsis et ad ipsam ecclesiam confugiens, quod nullo modo per ecclesiaz defendantur. qd ppretendant quod non intendebant per ecclesiam liberari r. qd erant alias commissuri: Esto quod in ecclesia non confugissent. Nam cum dictum crimen homicidij sit enorme. nec possit esse enormius p siderata piositate anime que ex morte subito illata corpori, nisi gracia diuina pspexerit, morte perire pot. extra de homici. p humani. xliij. qd. ij. si habes ppe finem. videretur enim qd expediret omne homicidium cu deliberatione perpetrati cu enormibus criminibus computari. Cu scriptum sit in Exo. xxi. b. si quis per industriam occidit proximum suum r. p insidias, ab altari meo euellat eum vt moriatur. extra de homici. c. j. Deniq; quem admodum depopulator agrorum notorius, r. publicus latro de ecclesia extrahitur impune, vt in decre. iter alia. r. xvij. q. iij. sicut antiquitus: qd longe ab ecclesia delinquant propter enormitatem criminis. ita videtur etiam de omni homicida voluntario clericor laico, qui p industriam r. per insidias occidit proximum suum declarandū. in quo ad hoc amplexaretur lex, que dictos homicidas ab immunitate ecclesiastica excipit. in autent. de manda. princi. §. sed neq; colla. iij. videretur insuper quod idem esset statuendum scilicet vt non gaudeat

ret immunitate ecclesiastica aliqua persona ecclesiastica confugiens ad ecclesiam propter crimen propter quod est degradanda, sicut est in clerico insidiasepiscopo suo parante, et contumelias inferente. xi. q. j. si quis sacerdotum. in incorrigibili qui venit ad profundum malorum. de iud. cum non ab homine. xvij. distin. nec licuit. xi. q. j. petimus. xxvi. q. v. de liguribus. in falsarijs literarum apostolice sedis. de falsis, ad falsariozum. in crimine heresise excommunicamus. r. c. ad abolendam. in assassinis r. in his qui per dictos assassinos aliquem christianuz interfici fecerunt vel mandauerunt: aut eos receptauerunt vel defenderunt seu occultauerunt: vt in dicta decret. p humani. de homici. lib. vi. Et in episcopo pbytero et diacono q iuramentu fidelitatis quo regi suo tenet r. violas, in mortem eius machinatur: r. eius regnuz dolose pertractat. xxij. questio. v. si quis laicus. quod alias signatur pro palea, post c. de forma. videretur etiaz quod omnes persone ecclesiastice homicidium industriose r. per insidias committentes, haberent propter enormitatem illati criminis, degradari. nam, in. vi. capitulo concilij Libertani in Hispania celebrati, continetur, quod si quis necdum clericus veruz laicus aliquo maleficio. interficiat alteruz, in fine non recipiat comunem pro eo quod tale scelus sine idolatria perfici non potuit.

Rubrica. xlvj. De incontinentia clericor: et an expediret qd in occidentali ecclesia seruaret qd seruatur in orientali que votuz castitatis in altaris ministris no suscepit. Notissime cum tempore apostolorum dicta consuetudo orientalis ecclesie seruaretur.



Item cu in. xliij. r. xliij. c. su pradicti concilij Aurasici. r. in concilio Neocesariē. Hylariden. Martini pape et penes

in omnibus concilijs et plerisque romanis pontificibus super cohibenda et puniendi clericorum incontinentia et eorum honestate seruanda multa hactenus emanauerunt constituta. xxviii. c. q. vii. extra de vita et honestate clericorum: et in multis alijs locis et capitulis, et nullatenus ipso rum reformari quinerit correctio morum. vsq; adeo sententiam iudicantiu protraxerunt commissa culparum vt non tantum inferretur ultio in actores scelerum verum etiam in pgenem damnatorum sicut dicitur in ix. concilio Toletan. xv. q. vii. cum multe, et in feda carnis subtilitate subito corruatur. sicut dicitur in concilio Bilerden. l. distinc. hi qui. xv. q. vltima. c. ij. Et sicut dicitur in. vij. concilio Toleta. procliuus sit cursus ad voluntatem et natura imitatrix sit vitiorum. xv. q. ij. procliuus. Et sicut in eodem concilio Toletano dicitur omnis etas ab adolescentia in malum prona sit. xij. q. i. ois etas. Et caro stimulus sit peccati sicut Augusti. remissio peccato primi hominis, et mors et alie penalitates pro originali peccato ad agonez et exercitiu in eoz in nobis infixe remanserunt. de peccati. dist. j. sicut primi homines. z. c. prece deti: pauciq; sine carnis delicto reperiantur, sicut ait Grego. l. dist. qz scitastua ad finez p eo qz sicut dicit in concilio Toleta. arctissimaviam est continentie. xxviii. dist. de his. xxiiij. q. v. fere per totum. Et pauci reperiantur qui in igne positi non ardeant. xxiiij. q. iij. vir cum propria. ad finem, et sicut in Tripartita historia continet quod Damutius p fessor licet nuptiarum in expertus grauem esse causas exposuerit que occasio fornicationis extiteret. xxij. di. nicena. Et sicut preterita mala pensanda sunt vt futura caute caueantur. xxij. dist. ante trionium. circa mediu, et futuris sic periculis proinde occurrendum et ecclesiastico statui providendum ne recidina (quod absit) mala

preualeant. xxiiij. dist. c. j. prope prin. et xxviii. dist. de syracusane. Sitq; pdictus ignis cupiscetie exardescens. Eccl. ix. c. vsq; ad pditionem deuoras. Prover. vj. Videretur pensandum an expediret et posset prouideri q in ecclesia occidentali q tuz ad votum continentie seruare tur cofuetudo ecclesie orientalis quantum ad promouedos, sicut dictum. c. Hi cena. xxij. dist. cum. c. sequentibus. Postissime cum tempore apostolorum cofuetudo ecclesie orientalis seruaretur sicut. s. in. j. rub. huius secunde partis est prolatum.

Rubrica. xlvij. De oblationibus defunctorum non retinendis: et de his que impediunt ne oblationes fiant in ecclesia puniendis: et vt dicte oblationes in missarum solennibus fiant iuxta canonicas sanctiones.

iudeos predictos. Predicti etiam iudei medicinas christianis prebent: et in ter ipsos officium medicorum exercent: et se frequenter in eisdem eorum balneis cum eis balneant: et cum eis comedunt cōtra iura. xxvij. q. j. nullus. et. c. omnes. que. c. sunt vij. Sinodi et concilij Agathensi. In multis etiam partibus per ipsos iudeos deus blasphematur, nec puniuntur per dominos seculares sicut iura precipiunt vt in dicto capitulo in nonnullis. §. vltimo et de Blasphemis cap. vnico. quinimo dicti principes potissime in Hispania eos ducunt in cubicularios et in piscernas et botellarios: et totius domus eorum administratores retinent: et cibi et potus eisdem dominis administratur ab eis. a quibus omnibus excessibus essent tam principes quam ipsi iudei compescendi. Potissime cum per ipsos iudeos religioni ad dictos principes venientes, et clerici, et alij Christiani, frequenter dicuntur turpiter et inhoneste esse delusi. Et idem etiam videtur prouidendum de Christianis maritimis transfretantibus et in conuiciniis sarracenorum et aliorum infidelium positis. Nam eedem cōuenientie sequuntur que suprascripta sunt. A iudeis et a multis falsis Christianis fouentur: et arma et alia vetita portant eisdem. Nec seruatur lex que talia facientes decapitari precipit, bonis omnibus publicatis. C. que res expor. non debent. l. ij. Nec seruatur etiam concilium Lateranense. secundum quod tales etiam sunt excommunicati ipso iure. et sunt serui capientium: et bonorum omnium amissione mulctantur. de sarracenis, ita quorundam. et in talibus solutione, quando ad gremium matris ecclesie reuertuntur, non seruatur forma debita et a iure statuta, vt. f. quod iurati sunt et tantumdem de suo in subfidium terre sancte conferant priusquam absolutionis beneficium mereantur, secundum formam concilij generalis. de iudeis

iudeis et sarracenis ad liberandam terram sanctam quia quasi pro nihilo in romana curia et ab alijs quibus per eam conceduntur indulgentie, absoluntur. quod cedit in perniciem et dispensationem terre sancte: et in confusionem et ignominiam fidei orthodoxe romane ecclesie. et ex hoc fit vt propter impunitatis audaciam fiant (qui nequam fuerant) nequiores et facilitas venientium eis tribuat delinquendi. de sententia excommuni. vt fame. xxij. q. iij. est iniusta. ff. de penis. l. j. §. famulos.

Rubrica. lxxij. De lusoribus alearum et taxillorum: et alijs ludis prohibitis.

Quem cum in lxxij. c. dicti concilij Libertani fuerit constitutum quod si quis fidelis ad aleas siue tabulas lusit, quod ab eius cōmuniōe abstineatur: et si abstinerit et se emendauerit quod post annum recipere possit cōmunionem. Et predictus alearum ludus et etiam taxillorum et alij ludi prohibiti a concilio et a romanis pontificibus et iuribus, in conspectu ecclesie et principum, et omnium fidelium ita publice inter christianos fiant ac si eis vti licitum esset. Et idem fiat et seruatur in sagittarijs et balistarijs quorum ars aduersus christianos et catholicos sub anathemate exerceri prohibetur ab Innocentio. ij. extra de sagittarijs. c. vnico, et etiam in torneamentis, quorum ars in concilio Lateranensi, et ab Innocentio et Eugenio papa propter animarum pericula prohibet: Et precipitur quod si quis in dictis torneamentis mortuus fuerit ecclesiastica careat sepultura, vt de torneamentis capi. j. Et idem etiam fiat in duellatoribus quorum monachia ex decreto illi colai pape est prohibita. ij. questio. v. monachia. et etiam a leg. seculari. C. de gladiatoribus. l. vnica. videretur quod

esset super bis et super consimilibus prouidendum propter animarum periculum: et ne ecclesia videretur talia que ad peccandum incitativa sunt, et peccatorum occasio tolerare. de episcopis autem presbyteris et diaconibus, aleo ludio et ebrietati deseruientibus continetur in canonibus apostolorum quod puniant. xxxv. di. episcoporum. et in concilio generali prohibetur quod clerici ad aleas et taxillos non ludant: nec huiusmodi ludis intersint de vita et honesta. clerici. §. ne clerici. vel monachi. c. j. Et clericus publicus aleator a promotione repellitur. de excessu. prelati. inter dilectos. et facit in autentico. de sanctissimi episcopis. §. interdicimus. vbi precipitur quod triennio tales a suo ministerio arceantur: huiusmodi enim ludus videtur infamare. Nam ex eo sequitur ecclesie spretus vsurque siue rapina, Scandalum vel nuge, blasphemiam seu faciendi furti doctrina, violentia, crimina falsi et mortis causa deceptio, perditioque Temporis et desiderium, corruptio. iunges Istis predictis adulatio vitasque turpis. Sicut prosequitur Hostiensis in summa de excessu. prelati. §. j. vers. notatur.

Rubrica. lxxij. Ne femine coniugate absque maritorum nominibus literas mittere vel recipere audeant.

Quem cum in vltimo. c. dicti concilij Libertani fuerit constitutum quod femine coniugate fideles absque maritorum nominibus et scientia, literas recipere non audeant nec etiam destinare: Et hoc propter mala que ex talibus hactenus euenierunt fuerit constitutum, et modernis temporibus non seruatur. Sicut nec de monachis de quibus etiam scribitur quod absque licentia abbatis literas non recipiant. xxij. q. j. non dicatis, videretur laicis forsitan utile dicta iura renouari, cum propter contrarium usum ludibrio videantur.

Rubrica. lxiij. At in dñicis et alijs festiuis diebus causas strepit? quietat ac nūdine et opa illicita et etiā rusticana.

Lem cum in. iij. ca. concilij Terraconen. fuerit constitutum qd nullus episcoporum aut presbyterorum vel clericorum die dominico propositum cuiuscunq; cause negotiuz audeat indicare, nisi vt deo tantum statuta solēnia peragantur. Et istud, vt dominicis et festiuis diebus cessetur a iudicialibus et etiā ab omni illicito ope et a nūdine et mercatis. sitq; alijs concilijs et iuribus psonum, et propter sanctorum venerationem et animarum pericula que inde insurgunt, et ob dei reuerentiam fuerit introductum: et solēnes ferie appellent: vt extra de fer. c. j. ryl. et in alijs. c. eiusdē p. c. de ferijs. l. oēs. r. l. dies. et p. dicta iura et consimilia non feruentur, potissime in regno francie et in alijs: in quibus regnis diebus dominicis et festiuis placitatur. nundine et mercata sunt: et alia opera rusticana et illicita, videretur esse super hoc prouidendum: cum plura mala in dictis dominicis et festiuis diebus q̄ in alijs committantur et frequenter se populi exerceat in ludis turpibus et in amatorijs plausibus, et cātilenis, qd prohibetur in quarto concil. Toleta. de conse. di. iij. c. j. q̄netiā dictis diebus et quod dragimalibus non deberent ipsi fideles se ab ecclesijs absentare nec in cubiculorum latibulis habitare, sicut habetur in. ij. c. concilij Cesarangustani.

Rubrica. lxx. De clericis in eodem loco degentibus, vt saltē die sabbati in vesperis et die dominica subsequenti in simul conueniant ad diuina.

Lem cum in. vij. c. predicti concilij Terraconen. fuerit constitutum vt totus clerus eiusdem parochie omnibus diebus matutinas et vespertas simul celebret, et qd die sabbati specialiter conueni-

ant, et in diebus dominicis in omnium presentia solēnia celebretur. Et dictū concilium sit alijs conforme et iuribus consonum. sicut habetur. xxi. disti. quasi per totum, videretur utile predictū concilium obseruari. Item in q̄nto. c. j. p. cil. Toletani statutū est qd si cuiuslibet ordinis clericus tardius ad ecclesiam venerit deponatur, et in lxiij. c. tertij concilij Bracharen. continetur qd ad matutinum et vespertinum officium conueniant, et in. lxiij. qd diebus dominicis ab ecclesijs non se absentent, et in. lxxv. qd ante horam tertie non prandeat, et in. lxxvi. qd cum habitu decenti incedat.

Rubrica. lxxvi. De episcopis, vt annis singulis visitent dioceces suas: et qd idem faciant illi quibus competit visitare, et ne in absentia procuraciones quomodolibet recipere non possint.

Lem cū in. viij. ca. dicti concilij Terraconen. posito. x. q. j. de creuimus, fuerit constitutum: qd episcopi singulis annis ecclesias suas visitent dioecanas. Et idē fuerit in alijs concilijs et iuribus p̄stitūtū, sicut in. iij. concil. Tol. ta. ea. q. episcopum. quinimo episcopi, archidiaconi, prepositi et alij quibus officium visitandi incumbit, et hoc communiter non seruetur: sed predicti a sede apostolica et alijs vijs: procuraciones quas visitando recipere non deberent, sibi ministrari procurant, que duplex infamia negligētie et auaricie sanctis patribus magno hactenus fuit horroz: ex quo statuerūt ne quis deinceps tale cupiditatis ingeniu exerceret: vt ex hoc sollicitiores fierent de suis gregibus visitandis: Prouidentes vt quando essent languore detenti, aut alijs occupationibus implicati, loco sui viros aliquos probabiles destinarent, sicut statutum fuit in. iij. concilio Toletano. x. q. j. relata. et c. episcopoz. xliij. disti. non oportet. Primo videretur utile et proficuum ecclesijs, qd

romana ecclesia nullatenus indulget huiusmodi procuraciones in absentia recipi. et qd constitutiones Grego. x. et Bonifacij. de cēsis et procuracionib⁹ erigit. et c. felicis. et alia iura. super eo. ti. et in alijs edita seruarentur. vnde in. xxi. c. ij. concilij Toleta. fuit p̄stitutum vt ep̄s angarias vel indictiones in dioce-sibus. quod. c. ponitur. x. q̄one. iij. quia cognouimus: vt in precedenti cap. dicitur. qd ecclesia cuius eius dote in episcopi p̄tate consistat. x. q. j. c. ij. et iij. In. xxxvi. c. quarti concilij Toletani precipitur qd episcopi per singulos annos visitēt dioceces et p̄chias suas. In. ij. aut. cō. Bracharen. c. primo. et iij. quod ponitur. x. q. j. placuit. dicitur qd episcopi visitantes ecclesias grauare non debent. Sed debent inquirere qualiter rectores et ministri diuina peragant: et eos instruere in predictis qd ecclesia est immunis et libera a p̄dictis, nisi probetur esse serua. nec videtur qd ad illam seruitutem possit iudici per dominum papam. qui in cōtrarium dicitur aliqua p̄uilegia alijs quibus regibus concessisse: quia hec sunt p̄uilegia ecclesie generalia fauorabilia generaliter concessa et perpetuo confirmata que sine ecclesie defor-mitate tolli non possunt. xxv. questio. j. fere per totum, et ea. cau. q. ij. c. j. et iij. et c. eccle. et sequētibus et preceden. vnde vno verbo non videtur quod ipse qui iuratur tanta et tam generalia et fauorabilia iura et p̄uilegia subuertere possit: vt. C. de inoff. test. si q̄. et de elec. ecclesia. §. deniq; et de hoc fuit tactū aliq̄ liter. §. in. ij. et iij. rub. hui⁹ secūde partis

De immunitate ecclesiar. Rubrica. Tez nec illa immunitas p̄termittenda est s̄m quam quislibet potest regulariter rem suam ecclesijs relinquere: et quod etiam extra manum suam ponere nō est cogendus, contra quam multi principes et tyanni diuersas machinas

tioner ingerunt. Unde contra eos multa hactenus prodiderunt remedia. et nouissime per dominum alexandrū de immunitate ecclesiarum. quia nonnulli. et per dominum Bonifacium in capi. cleasticis, que remedia non proficiunt. Contra tales inuehit concilium generale de rebus ecclesie non alienandis. cum laicis, ibi nō solum de alienatione feudorum et aliarum possessionum ecclesiasticarum et vsurpatione iurisdictionum. sed etiam de mortuarijs, et pro anima relictis de quibus aliqui statuerunt quod ecclesia infra annum diem distrahat als autoritate propria relicta occupabit contra legem. C. de sacrosan. ecc. generali. et. l. iubemus. vbi dicit quod cuilibet licet res patrimoniales vel partem sine causa mortis vel iure institutionis vel quocūq; alio modo relinquere ecclesie vel inter viuos donare nec est necesse quod talis donatio actis inuoluetur. C. de sacrosan. ecclesijs. l. illud. nam in donationibus que sunt ecclesijs optima mensura est immunitas. in autenti. de non alienan. aut permatā. reb. eccle. §. finimus. collatione secūda. Et deo quod si quis de curiali fortuna reliquerit tales donationes ecclesie lucrativis inscriptionibus libere sunt et immunes. Cur enim nō facimus discrimen inter res diuinas et humanas? C. de sacrosanctis ecclesijs. l. sancimus. la. ij. Et hec etiam futuris t̄ps respiciūt. in autētico de ecclesiasticis titulis. §. ad hec sancimus. et. §. sequenti. Si que vero et si qua constitutio in contrariū promulgetur irritanda est. C. de sacrosanctis ecclesijs. decernimus. C. de episco. et cleri. omnia p̄uilegia. hoc em̄ ius qd ēt res linquatnr maxime in vitimis voluntatibus valde fauorabile est. Tuz fauore vltime voluntatis. C. de sacrosan. eccle. l. j. Tū fauore aie. xij. q. ij. anime defunctorum. C. de sacrosanctis eccle. sancimus. Tum fauore ecclesie, que etiam

habetur loco filiorum in aut. de sancti. epi. §. sed et hoc presenti. extra de probatio in presentia. §. pe. in aut. de eccl. ti. Si quis in nomine magni dei. colla. ix. Nulla igitur constitutione contrarius statui potest, cum sine periculo anime seruari non possit. de consue. c. si. z de prescriptio. c. si. hic igitur triplex funiculus rumpitur difficulter. de treug. z pa. c. si.

Item usurpatur iurisditio ecclesiastica et violatur immunitas et libertas ecclesie a dictis dominis temporalibus, q̄ intra ecclesias z monasteria claufra et cimiteria sedes z placita secularia tenēt z processus suos faciunt in eisdem: nec prosunt cōtra hoc antiqua remedia neq̄ noua de immunita. eccl. c. j. z. c. cū eccl. z. c. decet. de electio. q̄ sicut. de appellatio. qua fronte. §. q. §. ultimo.

Item quia ab ecclesijs z monasterijs et personis ecclesiasticis halbergum et hospitij violenter petere z pro se z suis necessaria exigere quasi ex debito nō veretur, quinimmo quāto maiores in hoc potio peccare vident: nec in hoc plunt iam constituta remedia de immu. eccl. c. j. xlj. dis. quiescam. C. de epi. z cle. l. j. in conc. generali. de rebus ecclesie nō alie. hoc consultissimo.

Item violant imunitatē ecclesiasticā. xl. passuū maioribus ecclesijs, z minoribus xxx. concessam. xvij. q. iij. sicut anti quitas. z capi. frater. z. c. minor.

Item si aliqua persona ecclesiastica possidens immobilia pro homicido vel ceteris criminibus et quibus bonorum sequitur confiscatio puniatur, non permittunt huiusmodi immobilia distringi per ecclesiam nec etiam confiscari: qd̄ est contra ecclesiasticam libertatem et etiam cōtra iura: cū bona personas amplectent eamq̄ concomitentur. et non econtra. de clericis coniuga. quod a te de renūtia. ex trāmissa. xvij. q. iij. c. vl. ff. de colleg. illiciti. l. j. in fi. xvj. q. vj. de lapsis. et capi. cognouimus. z. capi. illud.

et capitū. episcopo.

Item priuilegia ecclesiarū ac cōpositiones cum eis vel eorū procuratoribus factas, nō seruant: sed semper ecclesiasticas personas et ecclesias ac monasteria pro predictis molestant: cōtra illud quod Belasius Papa statuit. xvj. q. iij. placuit. dicens placuit huic sc̄tē z adas gne Sinodo vt res vel priuilegia que dei ecclesijs ex longa consuetudine pertinent, siue ab diuine recordationis imperatoribus siue ab alijs dei cultoribus inscriptis donata z ab eis per annos trīginta possessa sunt, nequaquā a potestate presulum eorum quecuq̄ persona secularis per potestates subtrahat aut per argumenta quelibet auferat. Sed sint omnia in potestate z iussu presulis eccl. si quecuq̄ intra trīginta annoz spatia ab ecclesijs possessa fuisse noscuntur Quisquis ergo secularium vel clericorū contra presentes diffinitionē egerit tā q̄ sacrilegus indicetur z donec se corregerit z ecclesie priuilegia propria seu res restituerit anathema sit. Regi etiā Frācie videt imponi necessitas q̄ tanta non presumat vt habetur ex libro capitulum Caroli z Ludouici imperatoris. xvj. q. j. q̄ iuxta.

Item pro voluntatibus eorūdem et absq̄ causis rationabilibus ponunt dicti domini temporales manū suā z seruientes in bonis ecclesiarum z monasteriorum z quancūq̄ ecclesiasticarū personarum etiaz frequenter in casibus in quibus non apponerent in bonis secularium personarū: z tam diu dictā manū et seruientes in dictis bonis tenēt quousq̄ dicte p̄sone ecclesiastice se erga eos redimant.

Rubrica. lxxij. De muneribus pro iudicij iurisdictionibus z officijs non recipiendis: z emolumentis iurisditio num non vendēdis z quod ecclesia nihil recipiat ab usurarijs z iudeis: nec de bonis

bonis eorum nec aliorum qui cum notorio peccato ea acquirunt. Sed distribuat pauperib⁹ vel restituat quib⁹ dz.



Nem cum in. x. capit. di. cōcilij Terraconen. fuerit constitutū ne qui clericorum pro impensis patrocinij z iudicij muneribus recipiant z ideo fit in alijs concilijs z iuribus constitutum, ne iudices etiam iudicium iustum vendant neq̄ p̄ fortis iudicent. xi. q. iij. nō licet iudici. extra de sentē. z re iudi. cum eterni. li. vj. z contra predicta iura z consilia hodie quasi indistincte a ministris iustitie maximis mediocribus z minimis muneribus recipiatur z exitus z prouentus iurisdictionum vendantur contra prouisionem conciliorum Lateranen. z Turonē. ne plati vicesinas sub annuo censu concedant. c. j. z. ij. ex hoc humanum iudicium peruertitur. z iudicantium oculi muneribus excecantur. Sicut Grego. ait. xi. q. iij. quatuor modis. z sc̄m legem canonizataz venales sentētie que in mercede a corruptis iudicibus proferuntur. etiam citra interposite prouocationis auxiliū infirmas esse decernuntur. vt. l. venales. C. quan. p̄uo. nō est nece. ij. q. vj. ei qui appellat versiculo venales. videt in vtroq̄ casu ecclesiastico et seculari esse sup̄ hoc prouidendū. Nam vt ait Ysodorus pauperum non habet quid offerat, nō solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. Lito namq̄ violatur auro iustitia, nullaq̄ reus pertimescit culpam quam redimere nummis existimat. xi. q. ij. pauper. Videtur insuper prouidendū z ordinandū q̄ ecclesia nihil reciperet ab usurarijs et Iudeis: nec de bonis eorum qui cum notorio peccato ea acquirunt. Sed distribuat pauperibus z distribuat quib⁹ dz.

Rubrica. lxxij. De officio ecclesie

stico vniiformiter in vna quaq̄ p̄uincia et etiam in quolibet regno dicendo.



Nem cum in primo. c. concilio Herūden. fuerit cōstitutū quod sicut in metropolitana ecclesia officium agitur. Ita in tota p̄uincia tam ipsius misse ordo q̄ psallendi vel ministrandi cōsuetudo seruatur. Et hoc idē constitutum fuerit in. xi. concilio Toletano. c. iij. xij. distin. de his ne aliqua diuersitate cuiusq̄ ordinis vel officij a metropolitana sede disungantur. Cum iustum sit vt vnus quisq̄ inde assumat regulas magisterij vnde honoris consecrationez suscepit: vt iuxta decreta maiorū, sedesque vniuscuiusq̄ sacerdotalis dignitatis mater est, sit ecclesiastice magistratura rationis. Et hoc idē precipitur ab abbatibus obseruari, vt iuxta voluntatē sui episcopi regulariter viuētib⁹, vesp̄as, matutina z missam aliter q̄ sit in metropolitana ecclesia. celebrare nō liceat. Et si quis contra iur. fecerit q̄ sex mensibus communiōne priuatus apud metropolitanū sub pecunie censura maneat corrigendus. Et supradicta concilia rationaliter constituta non seruentur. Et ex hoc diuersa locorum consuetudines diuersimode variant: nec inueniri possunt cause quas in eis constituendis ab initio habuerūt. Videtur sc̄m qd̄ Augustinus scribit ad inquisitores iannarij qd̄ haberēt omnia predicta refecari. xij. distinctione omnia. Nam multe tragedie et moteti et alia ex quibus auditores non edificantur, non ad deuotionem sed potius ad contrarium excitant: qd̄ est directe contra illud per qd̄ est officium institutum. Sicut Ysodorus in septimo libro Etimologiarū. xij. capitu. attestatur. xij. distinctione. clericos et clericos. xij. distinctione cantantes. Et predicta etiam diuersitate sequitur magna incommoditas ecclesiasticis personis: quia cum longissimis

temporibus laborauerint ad sciendum officium vnius ecclesie vel dioce. translati ad aliam quasi officij reperiuntur ignari. Difficile namq; est inexpertos diuinis officijs mancipari. rix. q. iij. monasterijs. vnde ex predicta diuersitate perdunt multi pauperes clerici et presbyteri victum suum: et multi prelati queniētes idoncos non inueniūt in diuino officio seruitores et in secundo cap. quarti concilij Toletani cōtinet, q; nulla pene pestis magis discipline mores ab ecclesia Christi depulit q; inordinata diuersitas officij: que apud carnales scismatis errorem videtur ostendere, et multis est materia scandalorum. vnde qui in vna fide et in vno regno morantur vnus officium dicere precipiuntur. Idem statuitur in concilio Bracharen. vbi dicitur qd vnus ac idem psallendi ordo in matutinis et diuinis officijs teneatur: et nō diuerse ac priuate nō monasteriorum consuetudines cum ecclesiastica regula sint permixte. et q; omnes in sollemnitatibus eadem lectiones leant. et q; missa eodem ordine celebrēt q; c. ponitur. xij. disti. placuit.

Rubrica. lxx. Et mulieres a viro- rum cetibus, et a ludis, et inhonestis tactibus retrahantur: et vt coma et habitus discernantur a viris.

Item cum in primo. c. concilij Cesarang. fuerit constitu- tum qd omnes mulieres fideles a viro- rum alienorum lectione et cetibus separentur ne ad ipas pretextu docendi vel discendi quicquā accedant, et dictum concilium et multa similia non seruentur et multe familiaritates et confabulationes illicite contrahantur: quia tam in ecclesijsq; extra ecclesias, viri et mulieres extranee ab eorum parētela, in diuersis ludis se exercitant: et tactibus appetitibus et applan-

sibus mutuo ad concupiscentiam inflāmantur. Et em ait Augusti. de fide christiana. Nec solo tactu et affectu sed aspectu quoq; appetitur et appetit concupiscentia feminarum. Ne dicatis vos habere animos pudicos, si habeat oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nūcius. Et cū se sibi inuicez etiā et tacente lingua cōspectu mutuo corda nunciant impudica: et secundum concupiscentiaz carnis alterutro delectantur ardore: vnde et intactis ab immunda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus. xxxij. q. v. nec solo. z. c. qui viderit, videretur fructuosus animabus quod eo ingenio quo decentius fieri posset, retraherentur dicte mulieres a consortio viro- rum extraneorum: et a ludis etiam supradictis. Et in super secunduz doctrinam Apostoli ad Corin. coma et habitu discerneret a viris: vnde in Sangren. concilio statuitur quod quecumq; mulier religioni diuindicans conuenire, comam sibi amputauerit quam deus ad velamen eius et ad memoriam subiectionis illi dedit tamq; resoluens ius subiectionis, anathema sit. trigesima distinctione quecumq; trigesimalertia questione. v. mulier debet de consecratione distinctione quita. sicut quod est mulierū provincialiū.

Rubrica. lxx. De regibus et principibus iurisdictionem diuersimode ecclesiasticam perturbantibus, et vsurpantibus de alijs potentibus alios expoliantibus: persona ecclesiasticas pauperes et peregrinos opprimētibus: et illis qui ad limina apostolorum petri et pauli vel ad alia oratoria accedunt sua auferētibus excommunicandis, et per ecclesiaz compescendis.

Item cum in vndecimo capitulo primi concilij Toletani fuerit constitutum qd si quis de potentibus clericum aut quēlibet

quēlibet pauperem aut religiosum expolauerit: et mandauerit eum ad se venire episcopus vt audiatur et contēpserit: inuicez mox scripta percurrant per omnes prouincie episcopos et quoscunq; adire potuerint vt excommunicatus habeatur ipse donec obediat et reddat aliena. Et dictum capitulum posituz est in decretis. vigesima quarta questione tertia si quis de potentibus.

Merumetiam quibuslibet oppressis ecclesia teneatur contra improborum violentias protectionis et defensionis auxilium impartiri vt octuagesima septima distinctione quasi per totuz et in trigesimo secundo capi. quarti concilij Toletani. et trigesimo octavo capitulo eiusdem concilij, et dicta iura non seruentur, nec etiam consimilia ad ecclesiasticam iurisdictionem et cōmunē vtilitatem pertinentia. Sicut est illud. c. calixti Pape vigesima quarta. qd. tertia.

Si quis romipetas et peregrinos et apostolorum liminar aliorum sanctorū oratoria visitantes, capere seu reb; quas ferunt spoliare: et mercatorum nouis teloneorum et pedagionum exactionibus molestare temptauerit, donec satisfecerit cōmunionem careat Christiana.

Et illud capitulo Nicolai Pape ea questione illi qui peregrinos vel oratores cuiuscunq; sancti sive clericos sive monachos vel feminas aut inermes pauperes depredati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malū eis obuiauerint, anathematis vinculo feriantur, nisi digne emēdauerint. Pax vero illa quam trengā dei dicim; fideliter obseruet sicut ab archiepiscopis et episcopis vniuscuiusq; prouincie constituta est. Qui autē eam infregerit, excommunicatio ni subdatur. Et illud ex dictis Gregorij secundi Pape. ea. q. quisquis per doluz manum suam mittit in Christum, id est episcopum vel presbyterum: quia sacris legibus graue committit.

Et si quis ecclesiaz dei vastat aut impugnat, aut incēdit: quia hoc gravissimum sacrilegium est, placuit sancte Sinodo, vt in primis omnia bona eius pro- scriptione publicetur: deinde in vno loco. i. monasterio inclusus peniteat omni- bus diebus vite sue.

Et illud Urbani Pape. eadem questione paternarum traditionum exem- plis commoniti, pastoralis officij debi- tum persoluentes, ecclesias cum bonis suis tam personis quam possessionibus clericos videlicet ac monachos, eorumq; conuersos, vel commissos: oratores quoq; cum suis nihilomi- nus rebus quas ferunt tutos et sine molestia esse statuimus. Si quis autem contra hoc facere presumpserit et postq; facinus suuz recognouerit infra triginta dierum spatium competenter non emendauerit, a liminibus ecclesie arceatur, et anathematis gladio feriat.

Et illud Alexandri secundi Pape decimas septima questione quarta. Si quis deinceps prior aut cuiuscunq; dignitatis vel cuiuscunq; ordinis laico- rum episcopum comprehēderit vel percusserit, aut aliqua vi a propria sede expulerit, nisi forte indicatum canonice, auctores vel cooperatores tanti sceleris anathematizentur et bona eorum ecclesie ipsius iuri perpetuo tradantur. Si vero in presbyterum vel in quemcunq; inferiorum gradū clericum hec eadez presumpserit, canonice penitentie atq; depositiōi subiacebit. Si cōtumax fuerit excommunicetur. Videretur super obseruātia predictorum et aliorum ad ecclesiasticam iurisdictionem pertinens fore de competenti remedio ecclesie prouidendum. Nam quasi per quādam aluionez frustatur omni tempora- les ad se omnia trahūt. Et sicut frustra- tim lupus agnū comedit, ita et ipsos iurisditio ecclesiastica frustra- tim quodammodo deuoratur, quidquid ad ecc-

clericam iurisdictionem potissime quod ad temporalia pertinet sibi competere putantes. Et pauci sunt casus ad ecclesiam pertinentes, in quibus directe vel indirecte per eos ecclesiastica iurisditio non turbetur in diuersis mundi partibus, nec iam constituta remedia proficere possunt sicut experientia docet.

¶ Turbatur enim per eosdem ecclesiastica iurisditio in causis seruorum et rusticorum ecclesiasticorum quos talliant et iustitiant tanquam suos contra illa iura. lxxxix. dist. indicatur. duodecima questione secunda. ecclesiarum seruos. de foro compe. nullus.

¶ Item in causis penitentium, qui in causis suis quas negligere forte non debent, melius ecclesiasticum quam forense. expetunt iudicium, etiam si sint rei, sicut in gl. xi. q. j. aliud. de penitentia. distinctione prima aliud.

¶ Item in causis libertorum et pupilorum viduarum et debiliu personarum que pertinent ad ecclesiam quantum ad possessorem indiffinitum. de foro compe. ex parte. Et quantum ad defensionem et tuitionem ne a potentibus opprimantur. de censibus. licet. et in preallegato. c. si quis de potentioribus. xxiiij. q. iij. et c. sequenti. et etiam quantum ad petitionem in defectum dominorum temporalium. de foro compe. ex tenore.

¶ Item in causis peregrinorum et mercatorum: agricultorum, et in mari nauigantium, qui pace et securitate gaudere debent: ut de treuga et pace. in nouam. de peregrini. c. unico. et de raptori. excommunicationi. et in felle. c. si quis romipetas. et c. paternarum. xxiiij. questio. iij.

¶ Item cum agitur de feudis ecclesie usurpant sibi iurisdictionem contra illud de foro compe. ten. verum.

¶ Item impediunt ne in curia romana clerici contra laycos impetrent sicut consueuerunt hactenus facere indistincti. ut de iud. c. ultimo. Et etiam quan-

do laicus contra laicum impetrat contra decretales illam grauem de sententia excom. et de arbitr. innotuit. etiam si id super quo laicus contra clericum impetrat sit tale quod pertineat ad forum ecclesiasticum ratione rerum vel personarum. de verbo. signifi. nouimus. §. fin. Et hoc frequenter accidit cum impetrant contra laicos vel eos ueniunt in crimine sacrilegij vel usurarum vel heresis vel excommunicationis vel periurij vel adulterij vel fornicationis, vel in causa natiuitatis vel iurispatronatus vel decimarum vel rapinarum, de quibus nullum est dubium quin pertineant ad ecclesiasticum forum. sicut patet de crimine sacrilegij vel quasi. de foro compe. cum sit. et ca. conquestus. de crimine usurarum, de usuris. qm. de crimine heresis, de heresi. ad abolendam. et c. excommunicamus. de crimine symonie, de symonia per totum. de crimine excommunicationis, secunda questione prima. mihi. xxiiij. questione tertia. corripiantur. de crimine periurij, de iudi. nouit. §. ultimo. de foro compe. cum si laycus. libro. vi. de crimine adulterij, de officio ordinarij. c. i. de procurato. tue. de crimine fornicationis de vita et honestate clerico. ut clericorum. de causa natiuitatis, qui filij sunt legit. cam. et capitulum. latoz. de ordine cognitionis. tuaz. de causa iuris patronatus, de iud. quanto. de causa decimarum, de decimis tna. et capi. sequenti. De causa rapine, de raptori. capi. j.

¶ Item impediunt quando ecclesia uult cogere aliquem ad satisfaciendum de peccato in quo est, licet cognitio pertineat ad ecclesiam. de iudi. nouit. primo responso.

¶ Item impediunt ne adeatur ecclesia in eorum defectum vel quando vacat imperium vel regnum ne cognoscat ecclesia de feudo: ut de foro compe. licet. de elec. cum interueneris in fine, non permittentes quod suppleat defectum eorum.

contra

contra de offi. ordina. pastoralis. §. vlti. nec negligentiam eorum contra illud de foro compe. ex transmissa. et c. verum. et c. licet. et c. ex tenore. de offi. dele. significans. et c. prouidentiam. §. penul. et vlti. de offi. ordina. significauit.

¶ Item impediunt ne uicua spoliata ad restitutionem agens trahat spoliato rem coram ecclesia quam persone et cause in hoc simul concurrat contra illud. de foro compe. ex parte.

¶ Item impediunt si quid ambiguum inter iudices seculares oriat, ne ad ecclesiasticos iudices recurratur contra illud qui si sunt legi. per venerabiles. §. licet.

¶ Item impediunt ne ecclesie et curia officium episcoporum cognoscant ubi consuetudo antiqua hoc habet ipsos indistincte, de personalibus et de realibus et criminalibus, licet consuetudo in talibus det iurisdictionem et in delictis domino sup familiarum suam. de offi. ordi. irrefragabili. de foro compe. cum contingat. in si. ix. q. iij. conquestus. de arbitr. dilecti. C. de emancipato. l. j. et vlti. nec prodest constitutio bonifaciana. de immu. eccle. qm. in qua talia et consimilia continentur ex communicationi subijciunt ipso facto nec aduertit dicti domini temporales quod olim omnes cause tam clericorum quam laicorum deferbantur ad sacerdotes. ut in predicto ca. per venerabiles. §. tria quippe. siue essent criminales, siue civiles, siue quecumque alie. ut ibidem. et h. q. viij. si quis presbyter. qd. c. est concilij Tiburien. et xi. q. j. relatum. et c. quicumque. et c. sacerdotibus. ea. causa. et q. iij. cum apud. unde non fit eis iniuria nec eorum temporalis iurisdictioni si laicus (ubi consuetudo hoc dat) reddat ad suum primarium forum, scilicet ecclesiasticum nec ex hoc sua vel domini temporalis conditio videtur fieri deterior. arg. ff. de pactis. l. si vnus. §. pactum. versicu. quod si non uult tollere, secundum Hoffre. et ex isto casu quasi deperit tota ecclesiastica iurisditio et eius generale et vniuersale

privilegium quod in hoc etiam dat iurisdictionem. de foro compe. cum contingat. cui non videtur quod possit renunciari, sicut in. iij. et in. iij. rubrica huius scilicet partis superius est probatum.

¶ Item impediunt iurisdictionem ecclesiasticam dicti domini temporales contra effractores pacis et treugarum, discentes ius regalium esse contra illud de treu. et pa. per totum. et xxiiij. q. ij. si quis et c. sequenti. de transac. c. si in principio et c. distinctio. precipimus. iij. q. j. nulli. et in constitutione feudorum de prohibita feudi alienatione per Fredericum Imperialem.

¶ Item impediunt iurisdictionem ecclesiasticam in his que ratione pnextatis pertinent ad ecclesiam. scilicet in dote ut de donatione inter virum et uxorem. de prudentia. et c. nuper. et in pena posita in matrimonio de sponsa. gemma.

¶ Item quando iudices temporales ordinarij recusatis ut suspectis non patiuntur quod ad episcopum ciuitatis et ad ecclesiasticum forum habeatur recursus, licet hoc expresse caueatur in autentico ut disse. iudi. §. si vero iudex. colla. ix.

¶ Item impediunt iurisdictionem ecclesie quod cum in eos vel in eorum ministros aut officiales vel subditos excommunicationis suspensionis interdicti sententie proferunt grauat ex hoc proferentes, vel res, aut subditos eorumdem quousque absolutionis beneficii deferunt ad eosdem nec sufficit remedium excommunicationis sicut ait Grego. de senten. excō. quicumque.

¶ Item impediunt dictam iurisdictionem ecclesiasticam, personas ecclesiasticas eis displicentes pro leuissimis criminibus carceribus. mancipando: in casibus etiam in quibus laici deprehensi in maleficijs eisdem vel grauioribus nullatenus caperentur.

¶ Et quod dictas personas ecclesiasticas incontinenti et libere et absque redemptionibus, exactionibus et eorum infamia reddere

nolunt ecclesiasticis iudicibus eorum de-
 hinc contentantur nisi coram eis de cle-
 ricatu et possessione cognitio habeat
 nec prodest ad contrarium. c. si quis suade-
 te. xvij. q. iij. nec decre. bonifaciana si in
 dex. de sen. excō. lib. vij. nec decre. eos. de
 immunta. eccle. eo. libro.

Item impediunt iurisdictionē eccle-
 siasticā dicti iudices seculares et eam sibi
 usurpant compellendo personas ipsas
 ecclesiasticas ad soluendū debita super
 quibus corā eis iudicibus contra personas
 ipsas ecclesiasticas eorum patentes lre ha-
 bere exhibent nec sufficit quod dictus dñs
 Bonifacius eos mādauerit per censu-
 ram ecclesiasticā ab ordinarijs cōpescen-
 dos. de fo. competen. seculares. lib. vij.

Item impediunt et perturbant iurisdic-
 tionem ecclesiasticā: quia extra alienationes do-
 tales cum iuramento factas audiunt mu-
 lieres et filias contra patres quibus cum iura-
 mēto fecerūt pactū de hereditate dū nu-
 ptū tradebant. et quia exceptionē rei iudi-
 cate corā ecclesiastico iudice in casu ad eū
 de iure vel de consuetudine pertinēte nō
 recipiunt nec proficit quod in dictis tribus
 casibus sicut et in precedētī dicto dñs Bo-
 nifacius eos per ordinarios decreuerit cō-
 pescendos. de fo. cōpe. seculares. de pac.
 quibus. de iure i. licet. et de exceptio. cum
 quidam. libro. vij.

Item impediunt dictā iurisdictionē eccle-
 siasticā restringendo immunitatē ecclesiarum et
 ecclesiasticorum personarum et ecclesiasticorum bo-
 norum varijs et diuersis modis. Nam im-
 ponunt eis munera, tallias, et collectas
 extraordinarias in casibus prohibitis a iure
 in aut. de eccle. ti. §. ad hec sancimus. vt
 nulli indi. §. nulli xō liceat. col. ix. et ex-
 pressius in l. Frederici que incipit hac
 edictali. §. illicitas. cui. §. xba sunt hec
 Illicitas etiā exactioes maxime ab eccle-
 sijs quarū abusus iam per longa tpa ino-
 lenit per ciuitates et castella omnimodo
 condēnamus et prohibemus et si facte
 fuerint in duplum reddantur.

Item alius Fredericus in alia lege
 que incipit ad decus et decorē. dicit in. §.
 item nulla cōitas vel psona publica vel
 priuata collectas sine exactiones anga-
 rias pangarias ecclesijs pñsq; locis aut
 ecclesiasticis psonis iponāt aut inuadere
 ecclesiastica bona psumāt. Qd si dñi fece-
 rint et reqñti ab eccle. vel iperio emēdas
 re contēpserint triplum refundant. Et
 nihilominus banno iperiali subiaceāt
 qd absq; satisfactioe debita nullatenus
 remittātur: Qd etiam nihil sit exigē-
 dum extraordinariū seu superindictuz.
 nec sportulas cogi debent soluere, alias
 tales domini duplum reddere et cingulo
 nudari iubent. in aut. de sanctissimis
 episco. §. sportularū. colla. ix.

Merū si dicat iura antiqua hoc
 suadere, rñderi potest quod talia
 iura, corrigantur per iura cano-
 nica de immuni. eccle. qz nō
 nulli. et c. clericis. lib. vij. et p cōcilium La-
 teranen. et c. nō minus. vbi dicit quod in di-
 uersis mundi partibus pñsules ciuitatum
 et rectores necnō et alij qui potestatem
 habere vidētur, tot onera frequēter im-
 ponūt ecclesijs vt deterioris cōditionis
 factū sub eis sacerdotū videatur quod sub
 pharaone fuerit, qui legis diuine notis-
 tiaz nō habebat, Ille quidē (oibus alij
 seruituti subactis) sacerdotes et posses-
 siones eorum in pristina libertate donauit.
 et de publico eis alimoniam administras-
 uit Isti xō onera sua fere vniversa ipo-
 nūt ecclesijs et tot angarijs eas affligunt
 vt eis qd Hieremias deplorat ppter:
 videat. Princeps puinciarum facta est sub-
 tributo: siue qdē fossata seu expeditio-
 nes seu alia quibet sibi arbitrent agēda
 de bonis ecclesiarum et clericorum et pauperum
 Epi vsq; deputatis volūt fere cūcta cō-
 pleri. Iurisdictionē etiā et auctoritatem
 prelatorū ita euacuāt, vt nihil potesta-
 tis eis in suis videat hominibus reman-
 sisse. Quo circa sub anathematis distri-
 ctione fieri de cetero talia phibem: nisi
 episcopus

episcoporum et clericorum tantā necessitate vel
 utilitate aspererint vt absq; vlla ex-
 ceptioe ad releuandas cōes utilitates vñ ne-
 cessitates vbi laicorum nō suppetūt facul-
 tates subsidia vñ ecclesiarum existimēt pferē-
 da. Si autē cōsules aut alij de cetero ista
 cōmiserint, et cōmoniti desistere nolue-
 rint, tam ipsi quā fautores eorum excōica-
 tioni se nouerint subiacerē: nec cōioni
 reddant, donec satisfactioe fecerint cō-
 petentē. Et. xvij. q. vlti. cōuenior. et. §.
 Quis cū sequētibus cap. de sacrosan. ec.
 ad istructioes. et l. placet. que canoniza-
 ta est. xvij. q. i. §. placet. et. q. i. si tributuz.
 xvij. q. i. §. nouaz. et c. generaliter. et. q. i.
 sacerdotibus. et in. xvij. c. tertij. conclij
 Cole. qd ponit. xvij. q. ij. ecclesiarū seruos
 cum multis similibus. Quā em̄ ista reci-
 piāt ecclesiasticā libertatē et alia contra-
 ria in seruitutē redigāt vt de priuilegijs
 cū olim. §. j. et c. ex ore. §. si. Nec facit in
 contrariū. C. de prescriptio. que pro li-
 bertate et nō aduersus libertatē sunt. l.
 si. Pretores em̄ fauent libertatibus. ff.
 de aliena. iud. mu. cā fac. l. ij. §. j. vnde et
 fauores ampliant rodia restringunt. ff. de
 liber. et posthu. l. cum quidā. et de iure na-
 turali mero, ois res libera nascit et de fa-
 cili redit ad illud qd ius et natura sibi
 ab initio cōcessit. ff. de pactis. si vnus. §.
 pact. et. q. si nō vt totū dētum tolleret
 et extra de cens. cum venerabilis. ex quib-
 us oibus habet quod in bonis ecclesiarum et
 monasteriorum et quarūcūq; ecclesiasticarum
 personarum, etiā frequēter in casibus in
 quibus nō apponerent in bonis secula-
 rium personarum, manū apponūt et eā tādū
 seruētes tenent in bonis pdictis quo-
 usq; dicte psonae ecclesiastice se redimāt
 erga eos, vel eorum voluntatem adim-
 plēt vt quousq; visuz fuerit dictis dñis
 tēporalibus qd satis personas ecclesia-
 sticas afflixerint supradictas.

Item propter delicta personarum eccle-
 siasticarum et etiam secularium personarum
 in seruitio vel officio personarum ecclesia-

sticarum existētium capiant et expectāt
 ecclesiastica bona tenētes de facto quod de
 licitum talium debet in damnum eccle-
 sie redundare, cōtra Grego. xvij. q. vij. Si
 episcopū. dicētes quod in facultatibus licite
 punire possunt personas supradictas.
 Item cum contra ecclesiam non cur-
 rat nec inuet dictos laicos nisi. xl. p̄scri-
 ptio. xvij. q. iij. §. ceterum cum legibus ca-
 nonizatis subsequētib; contra dictā
 ecclesiam sicut contra priuatam perso-
 nam prescriptione decenniali et trecenta-
 li vtuntur: qd deterius est cū per annū et
 diem aliquam rem ecclesiasticam deti-
 nuerint vel iurisdictione aliqua in tē-
 poralibus ecclesiarum vñ fuerint, nolūt
 audire personas ecclesiasticas ex tunc
 super possessioe nisi de proprietate etiaz
 experiantur.

Item cum priuatus qui primitias pos-
 sedit nulla temporis prescriptione inue-
 tur cum illa que ab initio temporis de
 iure non sortiuntur effectum tractu
 tēporis non conualescunt. xvij. q. iij. §.
 quod si priuatus. et extra de prescrip. cau-
 sam que. contra predicta volunt dñi tē-
 porales et nobiles dictas decimas et pri-
 mitias possidere, tanq̄ propriam herē-
 ditatem. contra illud Grego. xvij. q. vij.
 decimas, extra de decimis quoniam. §. q.
 iij. peruenit.

Item aliqui ex regibus et dominis tē-
 poralibus auctoritate volunt conferre
 beneficia ecclesiastica, quod in eos ius col-
 latiois cadere nō possit quasi diuisionē
 facientes inter temporalitates consecra-
 tiuam ex iure spirituali et ipsa iura spiri-
 tualia contra illud. j. q. iij. Si quis obie-
 cerit. et c. distinctione. bene quidē. l. iij.
 distinctione. capitulo. j. cum multis se-
 quentibus. de re. eccle. nō alienari. cum
 laicis. de constitutio. ecclesia. et capitu.
 que in ecclesiarum. §. q. vij. quicūq; et c.
 cauendum. vij. q. j. apostolica. et. q. j. c. j.
 et in sequentibus. de iure patrona. pre-
 terea. et c. cum laici. et c. sequenti.

Ctem cum constitutiones et statuta regum principum et dominorum temporaliū onerosa ecclesijs et ecclesiasticis personis non debeant obseruari: vt. x. dist. quasi per totum et in dicto. c. que in ecclesiarum. dicti reges et principes a domini temporales constitutiones statuta et consuetudines eorundem in causis ecclesiasticis que actitant coram eis et statuta sua et consuetudines seruari faciunt quecunq; iura scripta diuina et humana, contra illa que habentur. viij. ix. x. xi. di. z. xxv. q. j. generali.

Ctem vacantibus ecclesijs cathedra libus, et alijs, quodammodo se ingerūt et potentia precibus et violentijs volūt habere personas gratas eisdem contra iura comunia. lxiij. dist. c. j. h. et sequentibus. xvi. q. viij. si quis deinceps.

Ctem ab episcopis temporalia obtinentibus nō permittūt ad archiepiscopos appellari s̄m concilium Lugdunū. de appellatio. romana. §. debet, non attendentes q̄. anteq̄ regna peruenierint ad eos: et ante christi aduentum erant vrbes et loca in quibus primates gentilium habitabant ad quos poterat ab alijs appellari, in quibus quidem vrbus et locis post aduentum christi apostoli et eorum successores patriarchas et primates posuerunt ad quos ab episcopis poterat appellari, sicut habetur lxxx. dist. c. j. cum sequentibus. z. xcix. dist. c. j.

Ctem in aliquibus partibus dicti domini temporales faciunt in castellari et mulctari ecclesias, et ex hoc in seruitutē esse subiectas, contra illud Calixti pape x. q. j. sanctorum.

Ctem Episcopos et archiepiscopos multis regibus et principibus pro ciuilibus et criminalibus causis eos vel eorum familiares aut officiales tangentibus, ita vocant et retrahunt coram se in

causa sicut et alias personas: non seruātes statuta pape Bonifacij ad episcopos gallie. xi. q. j. null' episcop' neq; p' ciuili neq; p' criminali cā apō queuis iudicem siue ciuile, siue criminales producat vel exhibeatur et q̄ magistratus q̄ hoc iubere ausus fuerit amissione rerum et cinguli condemnatione plectat.

Ctem in multis partibus dicti episcopi et alie persone a principibus et alijs dominis temporalibus a testimonio reuocantur. contra legem illam. C. de episco. et cle. canonizatam. xi. q. j. testimonium cum sequentibus. vbi dicitur q̄ testimonium clerici aduersus laicū recipi non debet. s. in foro seculari et criminali. Et quod episcopi nec honorūz id est iure pretorio, nec legibus ad testimonium flagitatur. de testibus decet. tero.

Ctem in multis partibus dicti principes et domini temporales res episcoporum et ceterarum personarum ecclesiasticarum morientium vsurpant, et impediunt ne per episcopos vel capitula vel per alios ad quos pertinent distribuantur: s̄m ordinationē defuncti: vel referuētur successori. nec prodest qd̄ Urbanus in cōcilio Aluernie habito in tales anathema protulerit. et quod in Calcedonē. concilio et ab Innocen. secundū excommunicationis sententia in tales lata fuerit. xiij. q. ij. de laicis. z. c. episcoporum. z. c. illud. et q̄ Grego. idē fecerit in concilio Lugdunē. de elec. generali. et de re. ecclesi. non alie. hoc consultiſſimo.

Ctem in aliquibus partibus reges et principes et domini temporales infra ciuitates, castra, villas et territoria ecclesijs et personis ecclesiasticis subiecta acquirunt aliquas possessiones vel res in quibus vel inter quas explectant aliqua propter que episcopi et ecclesie perdunt iurisdictionem eorum quod est iuri cōtrariū. xvi. q. v. possessio. cū. c. pcedētibus et sub sequētibus

subsequenti. z. ea. cau. z. q. ij. sicut.

Ctem dicti principes reges et domini temporales frequenter non solum in monasterijs monachorum, et in domibus episcoporum verum etiaz quod est detestabilius in monasterijs monialiū sibi eligunt mansiones contra illud Grego. xvij. q. ij. peruenit, et contra septimam synodum. xix. q. ij. quoniam. z. c. que semel.

Ctem cum dicti reges et principes et domini temporales neminem debeant concutere. sed esse contenti stipendijs suis, sicut beatus Joannes baptista cōsuluit eis. Luce. ij. et Actuum. ij. xxij. q. j. militare. et contra hoc per potentiam terrores et minas frequenter multa a personis ecclesiasticis extorqueāt, et aliquādo iuramentum fidelitatis a dictis personis ecclesiasticis que nihil ab eis tenent, exigant contra concilium generale. de iure iurando. nimis. videretur super hoc prouidendum.

Ctem excedunt dicti principes, reges et domini temporales et ministri eorum contra ecclesiasticam libertatem: quia cum alique persone que reddende essent foro ecclesiastico capiuntur per eos, faciunt eas coram se omnia confiteri, et postmodum tanq̄ confessas et conuictas de criminibus, eas reddūt foro ecclesiastico: dicentes quod cōfessionem coram se factam reuocare non possunt, et quod nisi secundum dictam confessionem iudicentur per ecclesiam et p' criminosis habeantur per ipsos sic si res haberi potuerint puniuntur. moti quodammodo ex quadam glossula Innoc. posita de electio. per inquisitionem. et de iudi. at si clerici.

Ctem multi ex dictis regibus et principibus imitantur errorem imperatoris constantinopolitani: quia archiepiscopi et episcopis regni eorum et aliorum regnorū ad eos venientibus (sicut deberent) reuerenter nō assurgunt, nec

eis iuxta eos venerabilē sedē assignant imo quod est detrius vix interdum ingressus possunt habere ad eos et ad cancellarios et siliarios eorundē: et cū difficultate audientia p̄stāt eis dē: et dictis regibus et principibus in solio eorum vel lectis sedentibus, predicti archiepiscopi, episcopi, abbates et alij prelati cum laicis et communibus personis in terra vel communibus sedibus sedere coguntur contra honorem et reuerentiam totius cleri et ecclesiastice dignitatis: et contra iura, de maiorita. et obed. solite. lxiij. dist. valentinianus. xcvi. dist. duo. xi. q. j. sacerdotibus.

CRubrica. lxxi. De fidelitate regibus et principibus obseruanda: et de puniendis his personis ecclesiasticis que contra eos aliquid machinantur.



Asuper scribit August. xxiij. q. v. si quis laicus, quod capitulum aliqui hnt pro palea et aliqui pro. §. c. de forma, quod si quis laicus iuramentum violando prophanat quod regi et domino suo iurat: et postea peruerse e' regnum et dolose tractauerit: et in mortē ipsius aliquo machinamēto insidiatur: q̄ sacrilegiūz peragit, in christū dei manū mittēs, anathema sit: nisi per digne penitentie satisfactionem emendauerit: sicut enim constitutum est a sancta synodo seculum relinquat, arma deponat, in monasteriū eat, et peniteat omnibus diebus vite sue, veruntamen cōmunionem in exitu vite sue cum eucharistia accipiat. Episcopus aut presbyter et diaconus si hoc crimē cōmiserint degradentur. Item Hierony. xxiij. q. v. si apud: dicit q̄ si apud carnales dominos in minimis fideles fuerint incipiēt eis apud deum premia maiora committi, ornat autez doctrinā domini qui

ea q̄ pditiōis sue sunt apta facit et ex di-
 uerſo pfundit eā q̄ nō est ſubiect⁹ i oib⁹
 et cui pditio ſua diſplicet q̄ pdictor atq̄
 fraudator i nullo fidē bonā oñdit. Quo
 em̄ pōt eſſe fidelis in ſubſtātia dei q̄ car-
 nali fidē dño exhibere non potuit: q̄ d.
 nullo modo q̄ nō pōt hoib⁹ eſſe fidelis
 q̄ erga deū exiterit iſidelis, ſicut habet
 in. iij. c. iij. Tolet. c. iij. poſito. h. q. vij.
 nō pōt. Itē ſup pdictis puiſum fuit in
 ultimo. c. dicti. iij. c. iij. Tolet. in hunc
 modū. ¶ Poſt iſtituta quedā eccleſia
 ſticū ordinis vel decreta q̄ ad quorū dā p-
 tinēt diſciplinā. Poſtrema nobis cun-
 ctis ſacerdotib⁹ ſua eſt p robore nforuz
 regūz ſtabilitate gētis Gothoz pōtifica-
 le vltimū ſub deo iudice ferre decretuz.
 Adultaz q̄ ppe gentiū (vt fama eſt) tan-
 ta exiſtat pſidia aior, vt fidē ſacramēto
 pmiſſam regib⁹ ſuis obſeruare ptenant
 et ore ſimulēt iuramētū pfeſſionē dū reti-
 neāt mente pſidie ipietatē. Jurāt em̄ re-
 gib⁹ ſuis, r̄fidē quā pollicent puaricant,
 nec metuūt volumē illud iudicij p qd̄ in-
 ducit maledictio multa q̄ penaz cōmi-
 natio ſup eos q̄ iurāt in noīe dei menda-
 citer. Que q̄ ſpes talib⁹ pplis p̄ hoſtes
 laborātib⁹ erit: Que fides vltra cū alijs
 gentib⁹ in pace credēda poſt fed⁹ nō vio-
 landū: Que in hoſtib⁹ iura ſtabili pma-
 nebāt ſpōſiōe, qñ nec ipſis regib⁹ p̄p̄iſ
 iurātā fidē pferuāt: Quis ei adeo furio-
 ſus eſt q̄ caput ſuū manu ſua p̄pria defe-
 cet: Illi vt notū eſt imemores ſalutis ſue
 p̄pria manu ſeipſos iterimūt: in ſemet-
 ipſosq̄ ſuosq̄ reges p̄p̄rias p̄uertendo
 viros. Et cum dñs dicat. Nolite tangere
 r̄pos meos. et Dauid, q̄s inq̄t extendit
 manū ſuā in xpm̄ dñi, et inocēs erit: illis
 nec vitare mēt⁹ c̄ſt p̄iuriū nec regib⁹ iſer-
 re exitiūz, hoſtib⁹ q̄ ppe fides pacti dat,
 nec violat. Qd̄ ſi in bello fides vigeat, q̄
 tomagis in ſuis ſeruāda eſt: Sacriligiū
 q̄ ppe eſt, ſi violat a gētib⁹ regū ſuozū p-
 miſſa fides q̄ nō ſolū in eis ſit pacti trāſ-
Rem cum sicut canones et quatuor principales doctores tenere videatur, quod solutio decimarum si non fiat consuetudine non excusatur prout late disputatur per Hostien. in summa in titu. de decimis. §. quomodo decima. ver. septimo queritur. extra de decimis. ca. j. xvj. q. vij. quicunque. et. c. decimas. r. c. maior. r. s. xvj. q. j. doctos. et. c. reuertimini. et. c. decime. cum multis concordant. ibi signatis. et dicte decime reales et personales que debentur ex negotiatione, artificio, scientia, militia, et veneratione, et maxime in Italia et multis alijs partibus mundi non solvantur: et multi constituantur dictorum iurium et sacre pagine quo ad hoc transgressores, nec conscientiam sibi faciant, videretur esse propter animarum periculum super his per ecclesiam providendum: et eodem modo circa primitias persolvendas.

Rubrica. xxij. De provisione pro pauperibus, ecclesiarum rectoribus, curatis et vicariis ecclesiarum ad religiosos et alios pertinentium faciendam: de qua valeant onera episcopalia et hospitalitatem debitam congrue supportare.

Rem cum aliquae ecclesie parochiales et vicarie cure ad religiosorum presentationem seu provisionem pertinentes

adeo sunt tenues et exiles et a dictis religiosi depauperate quod dicti rectores vicarii et curati non possunt inde suam sustentationem habere nec hospitalitatem seruare, nec onera episcopalia sustinere, nec proficere, nec sufficienter constituta remedia per Clementem quartum de preben. suscepti. lib. vij. nec per antecessores eiusdem: quia excepti ad quos dicta constitutio se extendit non possunt per episcopos excommunicari: nec distringi: et pretendunt obtentu decreta. sicut. de supplen. negli. prel. et similibus. r. xvj. q. j. frater noster. quod ad dictos episcopos non pertinet corrigere supradicta, et quod in eis monasteriis hospitalitatem seruant, nec volunt quod dicti rectores vicarii et curati hospitium teneant, nec episcopalia alias episcopi onera portent. sed quod cum ipsis comedant et cantent quando ipsi voluerint, et quando voluerint cessent, et quod omnino subiciantur ditioni regimini et imperio eorum: et sic obediant contra mandata et sententias prelatorum. aliter nihil de bonis dictarum ecclesiarum vicariorum et curarum aliquatenus suscepturi ipsosque in pluribus alijs multiplici subiciant seruituti. Videretur super his esse de competenti remedio providendum. et insuper quod ubi non sufficiunt ecclesie ad onera episcopalia supportanda, nec sunt aliqui redditus dictarum ecclesiarum, quod viderentur plures ecclesie ad predicta prout precipiunt iura.

Rubrica. xxij. De abbatibus, prioribus et religiosi domibus ut episcopis subiciantur, et de statu et excessibus eorum.

Contra superiores et monachos et subditos eorum, et quod claustralibus et alijs in refectorio comedentibus congrua provisio fiat quod episcopi debeant esse

esse subiecti, et de iure sint, sicut probatur est plene. §. in prima parte. in ultima rubrica, in qua de exemptionibus tractatum est. delinquant autem et excedunt dicti abbates quibuscumque ingenijs possunt, se ab obedientia et subiectione episcoporum, et archiepiscoporum, et episcopalia iura non soluendo, et etiam usurpant multipliciter presumendo contra illud capi. accedentibus. de excessibus. prelato. cum tamen subiaceant correctioni episcoporum. xvij. q. ij. abbates. et. c. abbatibus. r. c. si quis. Item quia confessiones audiunt, et penitentias iniungunt illis qui eis confiteri volunt: quod facere non possunt nisi sint subditi eorum. xvij. questione. j. peruenit. et. c. sequenti. Item quia aliter dicunt diuinum officium quam in ecclesijs cathedralibus, et aliter quam a suis episcopis indulgetur eisdem, contra concilium Toletanum. xv. distinctio. de his. Item quia episcopis non prestant subiectionem et obedientiam nec faciunt reuerentiam ut debent. de synoni. ne dei ecclesiam. Item quia de triennio in triennium celebrare faciunt capitulum in preiudicium episcoporum contra capitulum illud in singulis regnis. de sta. mo. Item quod ecclesias ad eorum presentationem pertinentes pro prijs vrbibus deputare nituntur: et ad priuatum volunt trahere commodum que pro communi fuerunt utilitate constituta, contra illud de supplen. negli. prelato. sicut. de officio archipresbyteri. ut singule. xv. q. j. que ad perpetuam. Item quia antiquum et debitum statum dictarum ecclesiarum ad eorum presentationem pertinentium autoritate propria (licet ad eos non pertineant plenius iure) et post presentationem episcoporum vel ante, vicarios in eis interdum instituunt, et destituunt, et nouis pensionibus eos grauant, et onerant, intanturque ecclesijs non possunt competenter propter paupertatem nimiam deseruire, nec

episcopo in episcopalibus respondere contra formam dicti capituli sicut, de preben. in lateranensi. de priuilegiis. cum et planitare. x. q. ij. cauendum. r. c. relatum. Item quia terras et possessiones unius ecclesie nituntur alteri applicare, contra concilium Lugdunen. de reb. eccles. non alie. c. j. Item quia licet episcopis subiaceant, ad synodum episcopalem venire nolunt contra illud de maiori. et obediencia. quod super his. xvij. questione. ij. abbates. Item quia monachos volentes eos accusare vel denuntiare male pertractant: nec volunt quod in expensis de bonis monasterij provideatur eisdem, contra illud de accusatio. ex parte. Item quia si alibi ea habent priuilegia in capite, ad membra ea extendere volunt, et eisdem priuilegijs multipliciter abutuntur contra illud de priuilegiis. recepimus. r. c. ex parte. et. c. cum capella. et. c. ex ore. Item quia volunt esse maiores quolibet clerico seculari: licet in iure contineatur quod sunt minores quolibet clerico. xciij. distinctio. a subdiacono, cum nomen abbatis sit potius nomen sollicitudinis quam ordinis vel honoris. de eta. et qualitate. tuam. Item quia sunt negligentes communiter in correctione monachorum suorum et eis subditorum, vel propter asperitatem lingue vel blanditias vel timorem eorum, contra illud. l. distinctio. si quis diaconus. §. vere. in fi. Item quia splendide reficiuntur in cameris eorum, et bene induuntur et calciantur, et eorum monachos et canonicos non reficiunt: nec indumentis, nec alijs necessarijs eis provideunt, ut tenentur secundum iura et regularia constituta. Item excedunt in pluribus alijs in quibus excedunt episcopi et prelati et alie persone ecclesiastice prout dicitur infra in rubrica. xvij. r. ix. Et sicut dictum est supra in rubrica proxima.

Rubrica. xxij. De prouidentia circa gubernationem reipublice adhibendam

da in mutationibus monetarum, creas-
tionibus tabellionuz, ponderibus, me-
suris, mercationibus illicitis, oppressio-
nibus pauperum etiam rusticorum, do-
tibus constituendis, exhibitionem ius-
titie, rebus proprijs ad curiam roma-
nam et loca alia transferendis, Et quod
nulla persona ecclesiastica vel secularis
psonaliter caperetur. sed recederetur
sub idonea cautione, si eam prestare pos-
set, et quod etiam in foro seculari diui-
ne leges et iura canonica seruarentur.



Xtem cum nemini veniat in
dubium quin ad ecclesiasticu
forum pertineat peccatores
reuoicare a vitio ad virtutes
vt extra de in. nouit. §. licet cu ei? 2 cor.
et multipl'r abhorreatur contra rem pu-
blicam ab imperatore regibus principi-
bus prelatis et alijs dominis tempora-
libus ius ciuendi monetam ab antijs
quo habentibus: quia contra ius et ea
que fuerunt hactenus laudabiliter ab
eorum maioribus obseruata monetam
debilitant et rem publicam legitimo po-
dere et valore illegitime defraudant, ca-
ristie vniuersalis et consimilis defrauda-
tionis materiam exhibentes et occasio-
nem prestantes in periculum animarum
suarum, et etiam alioz et hoc sequant
pondera inequalia, statere dolose, so-
phisticationes et falsitates omnium ne-
gotiationum et mercationum ac reruz
vniuersalis caristia, et palliati et simula-
ti contractus vsurarum, et depredatio
subditoz, maiorum, mediocriuz et mi-
norum: cum etiam a predictis creentur
idiote in notarios insufficientes ex quo-
rum instrumentis quibus fides prima-
facie adhibetur et in quoz reprobatio-
ne et falsi impugnatione difficultas ha-
betur. Cum etiam ex immensitate do-
tium et arnesioz que mulieribus in
multis partibus prestantur, eorum pa-
rentes collocado eas in nuptui perpetuo

paupertate laborent: et si non collocent
nuptui multa pericula subsequantur.
Item cum plurimi dñi teporales adeo
opprimant eorum subditos quod effi-
ciunt de liberis seruos et sibi omnia bo-
na appropriant eorundem, non permit-
tentes eos respirare, nec ad superiores
eorum habere recursum, ius volunta-
rium reddentes inter eos, et absq; cau-
sa inter probata capientes, arrestan-
tes et talliantes eosdem et bona etiam
eorundem: et absq; iuris ordine questio-
nibus et tormentis varijs vt eorum ius-
risdictiones perpetuare valeant sup-
ponentes: et frequenter indebite et abs-
q; consilio indicantes eosdem: et alia
et diuersa grauamina inferetes. Vi-
deret sup pdictis et consilib? q absq; labe
peccati et defectu negligetie no possunt
fieri, de oportunitis remedijs predictis
oppressionibus et grauaminibus con-
trarijs per ecclesie ministrum prouiden-
dum, quod dicte monete mutari non
possent in preiudicis alioz, et quod
pro valore suo vbiq; currerent, nec effi-
ceret ppter eas argenti vel auri, vel aliaz
reze caristia: et qz itra idem regnu eede esset
mesure et pondera iuxta varietate loco-
rum et temporum certum quid merca-
toribus et negotiatoribus deputatum.
Quodq; tabelliones non crearentur
nisi homines valde literati et fidedigni
et iuris periti. Et quod omnes subiecti
iure scripto regerentur: et quod dotes
vltra facultates et conditionem perso-
narum non constituerentur: nec oppri-
merentur iniustitia pauperes: et rele-
uarentur locupletes, pro quibus facit
extra de iure iuran. quanto. vbi agitur
de dicta mutatione monete. de iudicis
nouit. lxxxij. distinctio. capit. j. lxxxvij.
distinctio. capitulo. j. §. iij. et iij. xxiiij.
questione. iij. si quis ex potentibus
cum sequentibus in quibus dicitur qd
si quis romipetas et peregrinos et apo-
stolorum limina et alioz sanctorum pratoriaz
vilitates.

vilitates, capere seu rebus quas ferunt
spoliare, et mercatores nouis theloneo-
rum et pedagiorum exactionibus mo-
lestare temptauerit, donec satisfice-
rit communi careat. Videretur insu-
per prouidendum quod nulla persona
ecclesiastica vel secularis caperetur per-
sonaliter, quando idonee cauere posset,
et esset in casu in quo vel relaxari debe-
ret sub dicta idonea cautione, et quod
etiam in foro seculari diuine leges et iu-
ra canonica seruarentur.

Rubrica. xxv. Ne ad ecclesiastica be-
neficia recipiantur obtentu literaz apo-
stolicarum vel ordinarioz illi quoz
propinqui vsq; ad gradum tertium in-
iuriarent ecclesijs in quibus sunt dicta be-
neficia constituta vel illis ad quoz colla-
tionem, prouisionem seu ordinationem pe-
tunt, nisi prius fuerit satisfactuz et q
obtentu processuum, gratiarum vel ius-
titie ecclesie subijci nequeant interdi-
cto, nec psona ligari ante quidecim dies.



Ntem cum indignum sit illis
per ecclesiam subueniri, per
quos constat in ipsa ecclesia
scandalum generari, et fru-
stra inuocat legis auxiliuz qui commit-
tit in legem. de tempo. ordina. literas.
de iure patronat? pastoralis. de immu.
ecclesie. c. fina. de vsu. quia frustra. de sen.
excommuni. in audientia. xvij. questio.
iij. frater et coepiscopus. et c. sequens
ti. ff. de minori. l. auxilium. in fine. in au-
tenti. vt liceat matri et auie. §. qui a vero.
collatio. viij. et interdum penis tempo-
ralibus propinqui pro parentibus puni-
antur, et etiam pro spiritualibus. j. q.
iij. ecclesia. cum. §. sequentibus. xvij. q.
iij. miroz. xxiiij. q. iij. si habes. et de here.
c. quicumq; §. heretici. et c. statutum. de
penis vbi cunq; lib. vi. cu simi. et de spon.
no est vobis. videretur esse vtile ordina-
ri q ad canonicat? pbedas, psonat?, di-
gnitates et alia ecclesiastica beneficia et of-
ficia nulli recipere obtentu quaricunq;

literaz apostolicarum vel aliarum, per
quos vel per quoz parentes vsq; ad ter-
tium graduz iniuriaretur ecclesijs in quibus
mandaret prouisio fieri vel illis ad
quoz presentationem collationem prouisionem
vel dispositionem pertineret nisi
esset prius integraliter satisfactum.

Item cum per iudices et executores
super talibus a sede apostolica deputa-
tos irreuerenter et repente interdum mi-
nus ronabiliter pferant sine interdicti
in ecclesias et capitula et suspensionis et
excoicationis in prelatos et alios, nisi in-
fra sex dies mandata apostolica exequan-
tur, et sic deliberationis copia que a iure
concedit, et inspectionis subtrahatur, et
propter indiscussos hominum colores
frequenter indeliberate ad appellatio-
nis remediuz conuatur, ptra legem cano-
nicatam. §. q. vi. anterior. et tpe opus sit
ad aliquid maturius peragendu. xlvij.
dist. qm. et l. di. poderet. Videret esse prouidendum
q ecclesie que no delinquit
pro pmissis et consimilibus delictis in quibus
non delinquant maior pars eoz
clericorum et laicorum qui conuenire con-
sueuerunt in dictis ecclesijs nullatenus
subijcerentur ecclesiastico interdicto. s; q
aliter culpabiles punirentur sic tñ q
pro predictis vel similibus nullatenus
excoicationis suspensionis vel interdicti
sententia proferretur, nisi competenti
termino. s. xxx. dierum pro monitione
pmissa iuxta forma. c. de illicita. xxiiij.
q. iij. cu similibus, et q in pdictis sententijs
epis et alijs quibus iura deferunt amplius de
ferret cu piculosuz sit eos tales icurrere
simas: vt d. sen. ex. q. piculosu. li. vi. d. of.
dele. q. potificali. et de of. or. romana. i. fi.

Rubrica. xxvj. De pte ecclesiastica
sup tpaes dnos et dña temporalia.
Stā rubri. no psequor nec et
tertia d pnti ppter libri que
de pte i dictis duab? rubri-
cis reuerent. in xpo frater Egi-
dius Bituricensis archiepiscopus in quo pfun-
ditur

ditas et sublimitas viget scie, copiose et
vtrū edidit, i q̄ pleni⁹ videri p̄nt ptinen
tia ad istas duas rubricas q̄ possit h̄ ex
plicari, lz p̄cedētib⁹ rubricis reducant.
¶ Rubrica. xxvij. De his in quibus vi
detur q̄ haberet se romana ecclia con
descendēdo prelatis et alijs subditis tē
perare et etiam reformare.



Sine q̄tuz ad reformationē
romane ecclesie videretur qd̄
ipsa romana ecclesia que nō
debet habere maculam neq̄
rugā: et que mater est fidei: magistra des
bet esse vniuersalis ecclesie: et ad quam
omnis sancte religionis relatio debet
referrī, et ab ea normā recipe, exhiberet
se regulam et scholaz virtutum vt bene
viuendo, normā alijs bene viuendi et re
cte per semitas iustitie se ipsaz duceret,
nec aliqui aborsum traheret et sic corre
ctione in seipsa prehabita in dei et proxi
mi dilectione vera humilitate: vite bon
nestate, morum grauitate, diuini cultus
sedulitate, victus et vestit⁹ paritate fun
data, omamētōruz, aparatū et familia
rum et p̄parū elatiua superfluitate res
stricta, sciētie profunditate dotata, tra
beq̄ de oculo suo eiecta qd̄ distortuz est
praunūq̄ reperiret in subiectis et infe
rioribus corrigeret et etiā reformaret xpi
exēplo qui prius cepit facere q̄ docere.
¶ Item q̄ legez sibi ipsi imponeret ne
transgredere contenta in diuinis et hu
manis legib⁹ approbatis, quib⁹ genus
debet per eam et auctoritate imperiali et
regali gubernari humanū. Sed ea vsq̄
ad sāguinē et obseruari mādaret, nec in
suis dispēsaret, nec p̄uilegia, nec indulgē
tias, nec exēptiones p̄cederet et p̄cessa in
contrariū reuocaret. Nec dñs Papa si
ne cōsilio fratruz aliqd̄ ageret notabile,
nec reuocaret a p̄decessoribus suis ra
tionabiliter cōstituta vel cōcessa, nec ve
niri p̄mitteret, tra eccliaistica libertatē.
¶ Item cū epi sint in locū ap̄torum qui
parē cū Petro honozē et p̄tates accepe

rūt a deo, qd̄ nō legūtur fecisse curiales
nō epi, q̄ eisdē ep̄is, archiep̄is metropo
litanis, primatibus et patriarchis Ab
batib⁹ et alijs honozē debitū in scriptu
ris, p̄cessib⁹, sedib⁹ intra et extra ecclia
et alijs verbis et factis impēderet: et p̄sue
tudines romane curie et alias cōtrarias
reuocaret, cū honoz sit ecclie supradicte
et debonozet ex contrario prout Grego.
attestatur, et inde tota ecclesia vilipēda
tur et quasi contemptui habeatur.

¶ Itē q̄ potestātē et iurisdictionē p̄di
ctis prelatis et curatis cōpetentē et attri
buta a deo ap̄lis, cōcilij, romanis p̄ti
ficib⁹ et vniuersali ecclie in locis et ple
bib⁹ eisdē cōmissis dicta romana ecclia
nō turbaret, nec vsurparet in caruz et ap
pellationū cognitionib⁹ parochialium
et curatarū et nō curatarū ecclesiaruz ca
nonicatuū personatū dignitatū et prio
ratū et abbatiarū vacatū et nō vacatū:
et qd̄ ampli⁹ est ep̄atū et patriarchatū
archiep̄atū collatiōib⁹ reservationib⁹
et exemptionibus cū ex cōtrario totus
ordo ecclesiasticus cōfundatur.

¶ Itē q̄ si aliquādo p̄tingeret p̄ ip̄az
romana ecclia aliquibus p̄uideri, non
p̄uideret indignis, illiteratis iufficiē
tibus, neophitis, defectū etatis patie
tib⁹, nō approbatis, criminosis nec tali
bus qui sc̄m regulā apostolicā et cano
nicam essent a promotione et p̄uisione
ne repellendi, per ipsaz romana ecclia
si per alios p̄uissum fuisset eisdem et ad
ipsam romana ecclia super hec quere
la delata, sed doctorib⁹ bene literatis et
bene meritis: nec alijs p̄uideri posset
q̄ diu doctores remanerent impromiss
aliqua ciuitate vel dioce.

¶ Item q̄ dicta romana ecclia nō so
lum verbo, veruz etiam facto a se repel
leret omnem speciem symonie et turpiū
lucroz et inonestoz et omnes exa
ctiones que ratione promotionū quarū
cūq̄ et scripturaz, legatoz cursoz nūcio
ruz et hostiaroz fuerit ab ea cōiter vel
diuersis

diuisim diuersis colorib⁹ exquisitis: et q̄
liberalem et facilem ad se preberēt do
minus papa et cardinales accessum: et
quod dicti domini cardinales omnia in
communi et nulla ecclesiastica beneficia
in speciali haberēt.

¶ Item q̄ personas ecclesiasticas et ec
clesiastica bona in concessionibus deciz
marum et aliarum subuētionum quas
facit regibus et principibus qui oppi
do infesti sunt nō grauet. sed contra
dictos reges et principes et quoscunq̄
alios p̄ se et generales defensionis in sin
gulis puincis in iure suo foueat eosdē.

¶ Item q̄ dicta romana ecclia card
inalibus vel quibuscunq̄ alijs, non com
mitteret, nec daret plura officia, nec
cuiq̄ officium vel beneficium extra re
gnum vel qui linguagium non loquere
tur et intelligeret supradictuz.

¶ Item q̄ in iustitia exhibenda tantā
et talē diligentia exhiberet, q̄ nullo mo
do terminatio alicuius cause principa
lis vltra triennium nec appellationes
vltra biennium prorogari valerēt, cum
in ipsa lites, quodāmodo immortales
existant, et in ea amplius q̄ in seculari
bus curijs prorogentur interdum: et q̄
dicta curia romana, ad se non trahat di
ctas lites.

¶ Item q̄ in causis pauperum et mise
rabilium personaruz deputaret certos
auditores, aduocatos, procuratores et
tabelliones qui gratis absq̄ strepitu et
figura iudiciorum terminarent easdē.

¶ Item q̄ nulla iura generalia de in
ceps conderet, nisi vocato concilio gene
rali qd̄ de decennio in decennium vo
cetur: et sicut ipsa romana ecclia que
bene et consulte fuerunt hactenus statu
ta in seipsa seruarēt, ita et ea faceret ab
oibus obseruari, imponendo legem pa
triarchis et primatibus p̄r quā archi
ep̄os et metropolitanos: et eis p̄ quā epi
scopos: et ep̄iscopis per quaz abbates
capitula et omnes seculares et regulas

res personas in eoz ciuitatibus et dio
cesibus p̄stitutis omniū p̄dictione et ap
pellatione cessantibus necessario cōpel
lerent ad predicta. Certis alijs nihilō
minus super hoc executoribus et visita
toribus deputatis in singulis regnis q̄
de triennio in triennium oibus causis
puincialibus interessent, et vnuz concil
ium post aliud facerent celebrari.

¶ Item q̄ dicta romana ecclia nul
los laicos de parentela vel amicitia ro
mani pontificis vel cardinaliuz vel alia
rum personarum ecclesiasticaruz existi
tes vitari exaitari, vltra eoz statum de
bonis ecclesiasticis nobilitari et ipinguas
ri permittiret: et put possibile esset attē
ptata in cōtrariū reuocaret, vel sub dis
pensatiua venia relinqueret rōne scāda
li impunita.

¶ Itē q̄ i foro penitētiā p̄uarie eius
dē romane curie citra trasgressores iur
publici, offensores p̄sonaz ecclesiasticaz
et alios dei ecclia scandalizantes, faci
litas relaxare venie. et circa absolutio
nes talibus imponendas et penitētiās
iniungendas quātuz posset informaret
se concilij et iuribus hactenus super
hoc constitutis, et specialiter circa enoz
mia facta: et circa illorum absolutionem
quicōtra processus apostolicos vendē
do p̄hibita participat saracenis.

¶ Itē q̄ nulla p̄sona ecclesiastica aude
ret intrare dictā romanā curiā, nec in ea
reciperet sine literis cōmendatitij ep̄oz,
nec in ea posset sine eā rōnabili vltra t̄ps
sex mensium immorari.

¶ Item q̄ de bonis ecclesiasticarū per
sonaruz superabundantibus, talis pro
uisione fieret supradicte romane ecclie, qd̄
absq̄ oī taxatiōis nota et infamia posset
cōiter et diuisim honorabiliter viuere onera
incubētia supportare, p̄uissō tñ q̄ vltra
et p̄ predicta et alia que p̄cilio rōnabilia
viderentur p̄ diuinās et humanas leges
nō posset absq̄ generali concilio habes
nas extēdere plenitudinis p̄tatis.

Item q si dicta romana ecclesia vacaret ultra tres menses quod extunc cardinales essent eligendi potestate illa vicepriuati. et q ad aliquos archiepiscopos et episcopos et alios de quibus videretur expediens illa vice deuoluere eligendi potestas, vel quod aliud tale adhiberetur remediuz vltra illud quod statutum fuit a Grego. x. ex necessitate cardinales concordare haberent.

Item quod primatus dicte romane ecclesie declararetur, et distingueretur per iura ecclesiastica et secularia: nec dominus papa vocaretur vniuersalis ecclesie pontifex, cum hoc prohibeat Gregorius: et contra aliquem in dignitate constitutum non audiret aliquam querelam nisi conditione et zelo querelantis examinatis: nec aliquem personaliter citaret ad curiam nisi prius summaria contra ipsum inquisitione premissa. Et quod ad conuincendum episcopos cardinales qui columnne debent esse ecclesie, reciperet numerum testiu in epistola Clementis contentum: nec per executores suos et conseruatores et alios censuram ecclesiasticam infligi permetteret, sine magnis et rationabilibus causis, et absq monitionibus competentibus dilationem iuris continentibus: et quod in eis episcopis deferretur: nec interdicerentur ecclesie nisi pro graui delicto clero et populo communiter ecclesiam scandalizante. Sed alias procederetur contra inobedientes vel rebelles.

Item plura ad reformationem dicte romane ecclesie pertinentia tacta sunt supra in tota prima parte huius tractatus. Et ad idem faciunt omnia que infra subiunguntur in duabus rubricis proximis de reformatione prelatorum et clerici. Et illa que dicta sunt in hac secunda parte in primis. x. rubricis. et in. xij. xv. xvij. xx. xxi. xii. iij. ix. xxxi. xxxiiij. vij. viij. xij. xlvj. l. lvj. vij. lxxiiij. lxxxiij. et. iij. xci.

ij. et. iij. et. v.

Rubrica. xxvij. De reformatione prelatorum.

A hoc circa reformationem prelatorum seruari haberent omnia que in precedenti rubrica de reformatione romane ecclesie dicta sunt in quantum status et officium possunt tagere eorundem.

Item q haberent concilia provincialia celebrare ad ea conueniret inibi omnia statum prouincie contingentia pertractare: et que corrigenda essent in ea corrigere et reformare, prout super tractatum extitit in. xj. rubrica huius secunde partis.

Item q extra ciuitates dioeceses et prouincias suas non commorentur nec accedant ad curias principum et q economos ex dispensatione habeant. Et q contra facta predecessorum suorum rationabilia non veniant: et q ante ordinationem eorum omnia ad officiu eorum pertinentia. Et q ipsi vel curia eorum pro minimis vel irrationabilibus causis excommunicationis: suspensionis, et interdicti sententias non ferant. Et q magistros sufficentes in eorum ciuitatibus et dioecesibus scolares doctores in generalibus studiis teneant. Discordantes ad concordiam renouarent: q defuncti epi p vicinos episcopos sepeliant: et q p eos stipendia ecclesiastica iuxta probitatis merita assignarent. Et q tempore christi matis coficiendi et in solennitatibus se ab eorum ecclesijs non absentarent: et q procuratores in absentia non recipiant. suasq ciuitates, dioeceses et prouincias visitarent: et eorum officium in missarum solennibus predicationibus, correctionibus et alijs adimplerent: ecclesiastica bona, et beneficia congrue dispenserent: ab omnibus excessibus inuictu, vestitu, ornatu et alijs similibus se cohiberent. Semp in mensa coram se legi facerent, rochetos extra deferat super guarnachias eorum inualidis

inualidis et languidis prouiderent: hospitalia erigerent erecta fouerent.

Item ad dictam reformationem prelatorum faciunt illa que dicta sunt supra spaliter in. xxxvij rubrica secunde partis. Et etia in pma. vij. vij. x. xi. xii. xv. xvij. xvij. xx. xxij. xxv. xxix. xxx. xxxi. xxxv. xliij. xlix. li. liij. lxxvi. lxxvij. lxxxiij. lxxxiij. lxxxiij. lxxxiij. vij. viij. ix. xci. Et insuper omnia que dicuntur in sequenti rubrica.

Rubrica. xxix. De reformatione cleri.

A clerici reformationem persequantur omnia que de reformatione romane ecclesie et prelatorum premissa sunt in duabus precedentibus rubricis.

Item q inhonesta et impia euellantur. Item q clerici seculares curas et negotia secularia non assumerent. Item q inhonesta et turpia lucra non sectarentur. Item q nullus de clero mendicaret. Sed omnes priusq admitterentur ad clerum, haberent vnde viuerent: vel artem scribendi seu aliam honestam artem de qua viuere possent: vel q de bonis ecclesie assignarentur redditus illis qui perpetuo vellent clerici esse et clericaliter viuere: et q aliter non admitterentur ad clerum, nec gauderent privilegio clericali, cuius obtentu multas violentias committunt seculariter, inhoneste et irregulariter viuentes, et de diuinis officijs et literarum studio non curantes.

Item q nullus promoueret ad aliquos ordines seculares vel regulares, nisi si artem bene competenter sciret cantare et legere et latinum intelligere et congrue loqui: nec ad sacerdotium nisi vltra predicta sciret canones penitentiales et illa que sunt necessaria ad regimen animarum.

Item q nullo modo plone ecclesie stice cohabitarent cum mulieribus quot

quot essent in vna parochia sub disciplina curati vel aliorum proborum in simul viuerent et erudirentur sicut prouisionem primi capituli secundi concilij Tolet. positi. xxvij. di. de his. et. xij. q. i. ois etas.

Item q oes sortilegi, diuinatores, adulteri publici, et alij de clero publice delinquentes publice punirent, taliter q ceteri formidarent. Item q inuictu vestitu et in omni modestia statum excederent laicorum.

Item q omnes homicide voluntarii et in casu degradationis existentes privilegium perderent clericale.

Item q ludis inhonestis et reprobatis non intenderent: nec spectaculis vanitatibus interessent.

Item q officium ecclesiasticum vni formiter dicerent. Et q omnes diebus dominicis et festinis simul ad diuina conuenirent: et q per ecclesias non discurrent: nec absq literis episcoporum euagari valerent.

Item q ab eis geniti in seruitutem redigerentur ecclesie

Item q seruarent plura alia ad dictam reformationem facienda posita supra in secunda parte in rubrica prima. vij. x. xij. xij. xiiij. xv. xvij. xvij. xix. xx. xxi. xxij. xxv. xxvi. xxvij. et. xxx. Et specialiter in. xx. xij. et in. xxxiij. et in. xxxiij. et. xxxvi. et. xxxvij. et. xliij. et. xlv. et. vj. xlix. l. li. li. li. vj. et. lix. lx. lxij. lxiiij. et. v. lxxvij. vij. lxxxiij. et. iij. vj. vij. viij. et. xciiij.

Rubrica. xxx. De reformatione religiosorum.

A reformationem religiosorum similiter faciunt illa que dicta sunt in. iij. rubrica prime partis huius tractatus vbi agitur de exemptionibus nec non et secunde partis. liij. rub. in qua tractat de statu et conditione dictorum religiosorum. et. xciij. in qua agit de abbatibus et prioribus. et. lxxxv. in qua agit de medicamentis. et. xxi. iij. v. vij. et. xxxv. vj. liij. lxxxiij. et. vij.

Decime colluctationis assensu molestis actibus quibus sagax indagatio pietatis obuiaret decreuit non tam bene regendi licentia, quam se mansuetudo impugnasse probatur satis ut opinatur illi et gloriosi principis et decreto huius sancte Synodi contradictum esse conspeximus. Ita enim sanctus spiritus per varias definitiones mortalium corda perstravit, ut vitali flatu verborum in posterum omnem exureret male concupiscentiarum rabie animorum. Actum namque est definitionibus ipsis, ut quod pietatis diuine incomprehensibilis natura se condidit in mortalium in unione persone coniungit misterio redemptionis humane. Hos quoque membra capitis huius perfrigidie malum et concupiscentiam que radix omnium malorum est, auaricia que inuenit seruitus idolorum pari simul igne ac mucrone totoque artificio radice euellamur ac defecemus. Ab hinc ergo deinceps ita erunt in regni gloriam proficiendi rectores, ut aut in urbe regia, aut in loco ubi princeps decesserit cum pontificum maiorumque palatii omnimodo eligantur assensu, non forinsecus cetum, aut conspiratione paucorum, aut rusticarum plebium seditione tumultuosa, sed erunt si dei catholice, assertores, eamque et hanc que imminet indeorum perfidiam et concularum heresum iniuriam defendentes, erunt actibus iudices et vita modesti, erunt, in prouisionibus rerum parci plusquam extenti, ut factione scripturarum vel definitionum qualiumcumque contractus a subditis vel exigant vel exigendos intendant, erunt in conquisitis obligationis gratissime rebus non prospectantes proprium iura commodi, sed consilientes patrie atque genti. De rebus congregatis ab eis illas tantum sibi vendicent partes quas dictauerit auctoritas principalis regum, quecumque inordinata reliquerint hereditabunt successores proprii eorum, et ante regnum iur-

stissime conquisita aut filii aut heredes capiant iure proximitatis. De affinium successione vel munere quis inordinata relicta sint aut primo tantum filiis aut heredibus frequenter proficiant vel propinquis, ita in eorum cunctis actibus moribus atque rebus priuate legis auctoritas erit ualitura, ut et perenniter maneat incommutata, et non prius regni apice quisque percipiat, quam se illa per omnia supplementum iurisdictionis taxatione definitur, cui etiam lege vel decreto episcopalem non solum in futuro, sed etiam in presenti reuerentiam apponentes decernimus, ut quicumque detractor et non potius uenerator decreti eiusdem atque legis esse maluerit, siue religiosus ille fuerit siue laicus, non solum ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum etiam et sui ordinis dignitate priuetur.

Hoc est decretum vniuersalis concilii editum in nomine principis.



Soliditatem reddidisse fracture atque fecisse confulgere quod extiterat collisum et incrementum est huiusmodi dis et plenitudo consummate perfectionis, potest etiam collidetur ruine si equalium proximorum cura conuenit obuiare, quandoque grandioris erit culpe prelibate in curie discrimen incurrere, si non quo ualent ex communi onere sibi commissos procurant populos sublimare. Propterandum ergo est inter ruinas collisionum, catervas eripere collisionum, ut ex hoc iugiter et ultra nec vigorem nocendi habeat execranda pressura, et omnis compressus nonerit sancte sanctionis esse sibi collata remedia. Cum decursis ergo temporibus, dure dominationis sese potestas grauis attolleret, et insubiectis populis impiorum dominatus non reformaret iura regni, sed excidia ultionis, aspeximus

aspeximus subditorum statum non ex ordine vegetari rectoris, sed deici ex graue uedine potestatis. Contraxerunt enim reges elata fastigia in bifronti diffidionis, et aut in culpis lex ardua seuebat, aut in spoliis fauorem lex uoluntaria commodabat, inde mestos animos non spes fouebat ex munere, sed tolerantia uexabat in funere. Unde iam increpationis occursum non tamen nos abire sola ratio cogit, verum et ipsa commotio rerum impellit, ut ex omnium animorum deliberatione concordia illa maneat sententia dicti, que et finem auersibus rite ponat illicitis, et consultum saluandis iure ferat populis. Quosdam namque conspeximus reges preterquam fuerint regni gloriam affectu extenuatis uiribus populorum regie proprie lucrum congerere, et oblitum quod reges sint uocati, defensionem in vastationem conuertunt: et vastationem defensione pellere defugiunt, illud grauius innectentes quod ea que uidentur acquirere, non regni deputant honori vel glorie: sed ita malunt in suo iure confundi, ut ueluti ex debito decernant hec in liberorum proprietatem transmitti. Nobrem in proprietatis illa constantur redigere sinu, pro quo solo constat illos imperii percipisse fastigium, et illud in iuris proprii collocant antro, quod populi utilitatis acquisitum esse constat obtentu. Nam nunquid ad illos, aut populorum aduentus, aut rerum poterat concurrere sensus, nisi extitissent glorie sublimati culminibus? Aut ab equalibus illi potuerint rerum coacervatione ditari, nisi per subiectos glorioso apice potuissent attolli? Omnia recte totius plebis memoria subiecta principale caput reuelat, attentum debite iussionis obtutu ab illo negotiorum prospectant remedium, cui modo gratum, modo debitum irrogant cesum. Regalis proinde orthodoxa sublimitas hec cuncta sibi debere con-

uincit, ex quo se regem recognoscit, et inde conquisita non alteri quam sibi iuste defendit. Unde non persone, sed potentie subditi hec debere non ambigit. Reges eterna iura faciunt, non persona: quod non constat sui mediocritate, sed sublimitatis honore. Que ergo honori debeant, honori deseruiant: et que reges accusant regno relinquunt, ut quia eos regni gloria decorat, ipsi quoque regni gloriam non extenuent, sed exornent. Qui itaque trabem gestat in oculo, non potest festucam educere de oculo fratris sui. Ex his vniuersaliter instruens sicut Gregorius in morali. ait ut quod ad aliena peccata reprehendenda vel punienda constituti sunt et sua impunita relinquunt, reuocari debent intus ad conscientiam ut prius propria corrigant et post ea aliena reprehendant in grauius peccatis quis positus dum suis premitur aliena non diluit. nec immunda manus sordes diluere ualet. propter quod scribit Augustinus quod sacerdos ut sapiens medicus et perfectus prius debet peccata sua diluere et post ea aliena detergere et sanare. Et beatus ambrosius docet quod ille de alterius errore iudicet qui non habet in seipso quod condemnet, et qui non agit ea que in alio putauerit punienda necum de alio iudicat in seipso sententiam ferat. Nam qui alium docet, seipsum non docet: qui predicat non furandum, furatur: qui dicit non mechandum, mechatur: qui abominatur idola, sacrilegium facit: et qui in lege gloriatur, per preuaricationem legis dominum inhonorat et per tales blasphematur nomen domini inter gentes sicut scribit apostolus ad romanos. c. ij. Tales namque preslati et sacerdotes (sicut Gregorius ad Iannarium scribit) sunt laquei inueniunt: et illi de quibus intelligi potest dictum Hieronymi, quod veteres scrutantur historias inuenire non potuit aliquos alios scidisse ecclesiam dei et de domo domini populum seduxisse pre-

ter eos qui sacerdotes a domino positi fuerant: et prophete id est speculatores versi in laqueum tortuosum et in omnibus locis ponentes scandalum. Sequitur enim sicut Beda in secunda epistola Petri scribit, viam Balaam prophete ex Bosphoro qui mercedem iniquitatis amavit, correptionem vero habuit sue vesanie, quia subiugale mutum hominibus voce loquens, eius prohibuit insipientiam. Et ideo Iudei, Pagani, Saraceni et infideles qui ratione divine agnitionis carent, et passim omnes peccatores et fideles talium distorta et deo contraria itinera sapienter sanius redarguit, et docti ab indoctis et clerici a laicis exemplo asine, redarguuntur. In cuius significatione per Ezechielem prophetam dominus dixit, Et sanctis meis incipite. Quod beatus Petrus considerans ait, Tempus esse ut iudicium incipiat a domo dei: quia secundum Hieronymum non omnes episcopi sunt episcopi: nec sanctorum sunt filii qui tenent loca sanctorum: sed qui exercent opera eorum. Et ideo non est facile stare in loco Petri et Pauli et tenere cathedram regnantium cum christo. Nam licet sanctum nemo esse dubitet quem apex tante dignitatis attollit in quo si deficiant bona acquisita per meritum sufficiunt que a loci predecessore testantur, non tamen habet privilegium non peccandi secundum Simachum Papam. Et quia aliqua culpa vel negligentia aut remissio si qua reperiretur in eo ad mancipium gehenne innumerabiles populos trahit: nec huiusmodi culpas istis redarguere mortalius vultus presumit, quia cunctos ipse iudicaturus a nemine est iudicandus nisi a fide deprehendatur devius, sicut Bonifacius Papa et martyr scribit, habet secundum Nicolaum Papam et sanctam Synodum sacrosancta ecclesia romana in sinu suo colligere causam suam et in seipsa ostendere qualiter alios in

domo dei oporteat converteri. Nam ones pastoris vocem audiunt et preceps vestigia subsequuntur.

C Rubrica trigesima prima De modo generali per quem universalis ecclesia deberet reformari scilicet ut servarentur iura, et reuocarentur in contrarium attemptata.



Dico dicta universalis ecclesia et etiam totus populus Christianus reformari posset et valeret ac deberet, si duo, a quibus secundum Gelasium Papam principaliter hic mundus regitur, videlicet auctoritas sacra pontificum, et regalis potestas, humanum genus duobus quibus salubriter potest regere, videlicet naturali iure contento in lege et in euangelio: et moribus hoc est humanis legibus sancti spiritus instinctu in canonibus apostolorum conciliis et a romanis pontificibus et a catholicis principibus prelatis pro communi utilitate gubernarent. Et quod contra ea per eos vel per alios attemptata in contrarium prout melius, convenientius et absque minori scandalo fieri posset, reuocaret corrigere et emendare. Ad obstantibus quibuscumque privilegiis, indulgentiis, libertatibus, immunitatibus et exemptionibus datis et concessis in contrarium per eosdem. Non obstantibus etiam quibuscumque visibus vel consuetudinibus contrariis que verius cense sunt corruptele. Et prouiderent ne vno verbo et vno non obstante, que multis sunt excogitata vigilans et matura deliberatione detecta, tollerentur reuocarentur impune. Nam quod antiquitas bene statuit, novitas nostri temporis (scilicet veneranda esset vetustatis auctoritas) male neglexit. Et cum magistratus spirituales et temporales digesti fuerint et distincti ut alii maiores alii mediis et alii minores existerent, et ad quosque eorum

eorum que ipsorum officijs appropriata fuerant pertinerent et gradatim ad eorum officia pertinencia exercerent. Et que vni officio deputata fuerant, nequaquam ab alio turbarentur. Novitas nostri temporis sub inquietudine degit: quod dictum gradum et ordinem derelinquit. Secundum namque Augusti. minus ordinata inquieta sunt: ordinata vero quiescunt. Et ideo quia antiqua ordinatio de regimine mundi et ecclesie, et sua unicuique iurisdictione a romana ecclesia et presidentibus non servatur: et ordo ecclesiasticus confunditur, sicut Gregorius attestatur, Sed ad se que ad minores et medios pertinent trahere volunt, ut in eis verificetur illud, Cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum, mundus turbatur universalis, ecclesia leditur et gravatur: et ordo ecclesiasticus confunditur sicut Gregorius attestat. Et si forsitan inferatur quod legibus sunt soluti, responderi potest quod non divinis, nec illis in quibus dominus vel eius apostoli et eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid diffiniuerunt. Sed eas usque ad animam et sanguinem confirmare debent, sicut Urbanus Papa attestatur. Christus non venit solvere leges sed adimplere. In his ergo in quibus peccatum includitur nequaquam presidentis auctoritas excusatur, sicut Simachus Papa testatur: Quinimmo secundum Flarium Papam, maior reatu delinquit qui potentiorum honorum fruitur, et graviora facit iudicia peccatorum sublimitas peccantium, cum homo christianus secundum Joannem chrisostomum propter altitudinem dignitatis cadat fortius in peccatum, et secundum Nicolaum papam, detentius in populis prelati delinquant: ac per hoc gravius quam ceteri (secundum beatum Gregorium) puniuntur. Nam si peruersa perpetravit et committunt, tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt.

Et si ad humanas leges contentas in conciliis et in sacris canonibus consideratio habeatur ad eorum observacionem secundum Gelasium et Zosimum prima sedes pre ceteris obligatur. Et voluntaria eorum transgressio in spiritum sanctum blasphemia a Papa Damaso iudicatur. Et Nicolaus Papa scribit quod ridiculum est et satis abominabile dedecus traditiones quas antiquis temporibus suscepimus, infringi patiamur. Iustum namque est sicut Ysidorus tertio libro de summo bono testatur: principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando et ipse illis reverentiam prebet, principes legibus teneri suis nec in se posse damnare iura que in subditis constituuntur iustum est. Iusta enim vocis eorum auctoritas si quod populis prohibent sibi licere non patiantur. In quo concordat etiam lex civilis: Nec negatur quin sicut quosdam sunt que nulla possunt ratione convelli sicut quin sint multa alia semper conditione servata, ut in his que vel dubia fuerint aut obscura id nonerimus esse sequendum quod nec preceptis evangelicis contrarium nec decretis sanctorum patrum inveniatur aduersum: sicut Leo Papa testatur. Si quid autem pro remedio aut pro necessitate temporis statuatur, cessante necessitate cessare debet pariter quod urgebat, cum alius sit ordo legitimus, alius usurpatio, prout Gelasius attestatur. Consideranda est itaque ratio equitatis, ut sacrosancta romana ecclesia que iustitie mater est, in nullo ab ea dissentire videatur, nec ita divites aliquos faciat eorum inopiam relevando ut multos in paupertate deticiat. Cum secundum apostolum ad Corinthios quod aliis est remissio, ceteris non debeat esse tribulatio: nec omnia que licet expediant, prout idem apostolus attestatur.

Rubrica. xxxij. De secundo modo reformationis ecclesie. scilicet vt mala exempla et scandalizantia, et ad peccatum tendentia resecentur ab ecclesia dei.

Secundo posset vniuersalis ecclesia reformari, si romana ecclesia a se primo, et gradatim a prelatis et alijs mala exempla tolleret, ex quibus scandalizatur, et quasi inficit populus vniuersalis: et non men dñi dominatores populi s̄m Esa. ex hoc sinunt blasphemari. Nam s̄m Augusti. nihil magis confundit ecclesiam dei v̄l ei officit q̄ dicere peiores sunt clerici q̄ laici. Prohdolor q̄ videtur in ipsa ecclesia verificari dictū Esaie. xxxiij. in figuram babilonice ciuitatis gloriose in regnis et inclite in superbia caldeorum, de qua dicitur. Erit cubile draconum et pascua struthionum, et occurrēt demonia. Onocentaurus et pilosus clamabit alter ad alterum. Ibi cubauit lamia et inuenit sibi requiem, Ibi habuit foueas ericius, et enutrit catulos. Illic congregati sunt milui alter ad alter. Ex quibus signantur et signari possunt vitia et vitiosa exempla que sunt in vniuersali ecclesia reformanda, que possunt nomine et figura animalium septem que dicitur Esaias propheta in supradicta auctoritate exprimit, per que septem peccata mortalia intelligere possumus, de signari. Significatur namq; per ericius auaricia: per draconem superbia: per pilosum luxuria: per lamia gula, per leenam inuidia: per onocentaurum odium et ira, per struthiones accidia: sicut in eorum prosecutione apparebit inferius. Et nisi in hoc sacro concilio provideatur de cōpetenti remedio in premissis, que quasi manifeste et notorie in dei ecclesia committuntur, fides (que s̄m Jacobum sine operibus mortua est) dices

tur per fideles et infideles in prelatis et personis ecclesiasticis (qui lux mundi esse debent et lucernas bonorum operum gestare in manibus) perijisse. Cuz enim in sacerdotibus fides sit eligenda cū vita, si vita defuerit, fides meritū nō habebit, sicut Gregorius francie regibus scribit. Et elapso et transacto presenti sacro concilio, in omni statu reformatione carente, nisi reformatio debita facta fuerit in corporabiliter, peiora prioribus subsequuntur. Et omnia imputabuntur domino nostro summo pontifici, eiusq; venerabili collegio, et huic sacro concilio, qui possunt et debent corrigere supradicta et obuiare eisdem. Scribit enim Grego. Simicufano episcopo quod si negligenter ea que male vsurpantur corrigere, omittimus, excessus viam a ijs aperimus. Et leo papa dicit quod inferiorum ordinum culpe ad nullos magis referende sunt quam ad desides negligentesq; rectores, qui multam sepe nutriunt pestilentiam, dum austeriores dissimulant adhibere medicinam. Et Joannes papa octauus scribit, quod facientium proculdubio culpam habent, qui quod possunt corrigere negligunt emendare, et negligere, cuz possunt, perturbare pueros, nihil aliud est q̄ fauere impietati eorum. Nec caret scrupulo societatis occulte q̄ manifesto facinorosi dñi obuiare. Et probat odijse vitia qui dānat errantes, secundum autem Grego. consentire videtur erranti qui ad res scandala que debent corrigi non occurrunt. Et s̄m Innocentium papam error cui non resistitur, approbatur: Et veritas cū, minime defendatur, opprimitur. Negligentia autem in predicta corrigere in prelatis mortale peccatum est, et de peccatione inducit, sicut iura testantur. Unde calixtus papa ait, si ecclesiasticas sollicitudines vigoremq; negligimus, perdit desidia disciplinam et animabus perfectio fidelium nocebitur.

Rubrica. xxxij. De auaricia et ambitione et questibus et simonia et muneribus.

Sane q̄ reproba exempla ambitionis cupiditatis et auaricie publice vocentur et arguantur per fideles et infideles in romana et etia in vniuersali ecclesia, euidenter demonstrat questus et munera que per ecclesiasticos beneficis dignitatibus et officiis recipiunt et dant, in animarum dantiū et recipientium detrimentum, in peccatum simonie, quā vtriusq; pagina testamenti detestatur et que est et reputatur heresis. ad idem pertinent questus qui sunt per legatos et nuncios et familiares apostolice sedis, et per illos qui in dñi Pape et prelatorum seruitibus comorant. Ad idem pertinet tallie, subiectiones, subsidia, procuraciones in absentia, emolumenta scripturarum et sigillorum que exiguntur, recipiuntur et leuant a prelatis superioribus et inferioribus eorundem. Ad idem spectat indulgentiarum privilegiorum, dispensationum et exceptionum. Ad idem spectat multiplicaciones beneficiorum ecclesiasticorum et pensionum que indebite vni committuntur et conferuntur persone. Ad idem exceptiones munerum, venditiones iurisdictionum, lucra turpia et in honesta negociationum secularium. et mercationum, quarum multe ad speciem vsurariam quam mercatores ecclesiasticarum personarum pecunias tenentes exercent dietim, pertinent. Ad idem pertinent elemosynarum defraudatio, hospitalitatis restrictio, munerum ecclesiasticarum personarum ad cultum diuinum deputatarum diminutio, prelatorum et curatorum in solennitatibus et alijs ecclesiasticis ciuitates et loca fugientium, euagatio. Ad idem pertinet augmentum fati de nouo in romana curia introductum, de his que per bulla scripturis et alijs quibuscūq; que consueuerunt in ea ab antiquo persolui, Super

quibus omnibus esset de competentibus et contrariis remedijs (cum secundum phisicorum assertionem medicina fiat per contrarium) salubriter in hoc sacro concilio prouidendum. Nam in omnem terram in qua exiit sonus apostolorum, sancta dei ecclesia et potissime sacrosancta romana ifamata est: et vulgare cuncti clamant et refricant quod in ea etc. **C**omnes a maiori vsq; ad minorem auaricie student. Ex quo autem in ecclesijs sicut in romano imperio creuit auaricia, perit lex de sacerdotibus et visio de prophetis, sicut Hieronymus ad rusticum Marbone. Episcopum scribit: Nec mirum quod secundum Gregorium bonorum auctori inherere aliter non valeamus nisi cupiditatem a nobis que omnium malorum radix est, abscindamus. Et ideo sanctus leonem Papam, virum catholicum et precipue domini sacerdotem sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sacra scriptura ecclesia. xvij. Post cupiscentias tuas ne eas. Adens etia vt idem Leo ait potentie auida, nec abstinere nouit a vetitatis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum. Nam sicut hi qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas sed phantasias passionis sue videt, ita et mes auari semel vinculis cupiditatis astricta, semper aurum, semper argentum videt: et gratius intuetur aurum quam sol: ipsa eius oratio et supplicatio ad deum aurum querit: semperq; redditus computat, sicut beatus Ambrosius probat. Tali autem, sicut Augustinus ad macedonium scribit, totus mundus diuitiarum non est obolus: a talibus secundum Isidorum cito auro iustitia violatur: Et pauper dum non habet quod offerat non solum audiri continetur, sed etia contra veritates opprimitur: nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere numerus existimat. Crassus aurum sitiuit, et aurum bibit et eque auro perit

vt veneno quod est exemplum omnibus aurum desiderantibus formidandum. Hec igitur auaricia per ericium figuratur congrue quia est animal figuratum spinis, diuitias (vt christus in euangelio ait) significantibus: per quarum acquisitionem in laqueum diaboli, secundum Apostolum, inciditur: et cum eis homo a diabolo capitur, sicut ericius dum in spinis fructibus oneratur: de quo ericio Isa. xiiij. perda Babilonis reliquias et ponam eam in possessionem ericij et Sophonias accubabit in medio eius omnes bestie et ericius.

Rubrica xxxiiij. De superbia elatione et popis ecclesiasticis: et nimis et varijs aparatibus et conuictis vitandis: et quod taxaretur certus numerus euectionum familiarium et modus ornatum.



Quod perniciose exempla elationis et superbie manifeste tam in capite quam in membris in dei nascantur ecclesia, cum probent excessus notorii vestium, ornatum, societatum, familiarum, equorum armorum, verborum, et factorum. quibus statim ecclesiasticus extollitur, se qui buslibet preferendo, aliorum vitam et meritum deprimendo et obumbrando seipos, commendando improbos et defendendo: sancta indignis committendo, malos pro bonis et bonos pro malis approbando, prout Ambrosius in libro de officijs attestat. Remedium esset quod caperetur certus numerus euectionum et familiarium et modus ornatum. Ad idem pertinet quia ex dictis elatione et superbia contra doctrinam Brachareni concilij subditi non leuiter castigantur, sed cum asperitate nimia (contra admonitionem Apostoli qui ait, argue obsecra, increpa in omni patientia et doctrina) immo asperrime puniuntur: et aliqui superiores ita volunt pro modicis excessibus

in eorum subditos (licet onerosos) penis effruescere, sicut latrocinantium poterant promereri persone: nec seruatur instructio Leonis Pape dicentis, quod licet nonnulli accidant que in sacerdotum sunt reprehendenda personis, plus tamen erga corrigendos agat benignitas quam severitas, plus coarctatio quam comminatio, plus caritas quam potentia. Sed ab illis qui que sua sunt querunt, non que Iesu Christi, facile ab hac lege disceditur: et dum dominari magis quam consulere subditis placeat, honor inflat in superbiam, et quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxiam. Isti sunt quibus dominus loquitur per Ezechielem prophetam dicens, Vos cum asperitate imperabitis eis et cum potentia. Nam (sicut Gregorius in moralibus exponit) cum austeritate et potentia imperat, qui subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere, sed asperere in seculo re dominando festinat. Tales namque in quodam sibi videtur summitatis culmine residere et infra se positos despiciunt, quibus frequenter in consulendo loqui, sed vix dominando dignantur: nec imitantur (sicut deberet filij carissimi) exemplum Christi in Matthei. xj. cap. dicentis, Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Unde verendum est, ne cum Nabuchodonosor de eius gloriante potentia, in mentem bestialem mutantur. Sed vtinam cum eo penitentiam agant, ne cum elationis et superbie principe recipiant portiones, et hoc tangit specialiter in romana curia existentes, qui prelatos successores apostolorum et alios secundum status eorum exigentiam non honorant, quinimmo contemnunt et vilipendunt eosdem, se eis in sedibus et alijs indebite preferentes, minus prouide attendentes sententiam domini in Mattheo et Luca dicentis de Apostolis: quod Anacletus Papa ad eorum successores extendit. Qui vos recipit me recipit

recipit. et qui vos honorat me honorat et qui vos spernit me spernit. Qui autem eum spernit spernetur a domino cum spernat eum scilicet Christum a quo primo in nouo testamento cepit pontificatus et ecclesie veneranda potestas. Sed vti nam nostris temporibus non videndum quod in ecclesia catholica sicut dudum fuit et greca factum nisi de alio prouideatur remedio per romanam ecclesiam humiliantem seipsam et aliarum iura non usurpantem illud dictum oratoris domitij. Cur ego inquam te habeam vt principem cum tu me non habeas vt senatorem. Hec igitur superbia figurata est per draconem qui maximus est cunctorum serpentium siue animantium super terram, qui sepe a speluncis abstractus fertur in aerem. Sic et prelati multi ecclesie dignitate, et potestate, nobilitate et diuitijs maiores ceteris, a speluncis domorum paternarum abstracti et postmodum in ecclesia sublimati in aere vane glorie et superbie effruuntur. quos quasi quandam pestem imo veram pestem fastidians Hieronymus asserit fugiendos. quibus in Ezechiele dicitur Assimilatus es draconi: nam ventilabas cornu in fluminibus tuis. talibus draconibus formidanda est sententia psalmi dicentis, Dilecto cotribulasti capita draconum in aquis: dedisti eum escam populis ethiopum id est de monum.

Rubrica trigesima quinta. De luxuria, inordinatione et cohabitatione clericorum et mulierum: et voluptatibus euitandis.



Quod perniciose exempla luxurie a clero populus recipiat Christianus, testimonium perhibent gradients filij super terram sicut Gregorius de

Joanne diacone neopolitanis ciuibus scribit. Et rubrica de filijs presbyterorum et de cohabitatione clericorum et mulierum. Et licet multe super Innovatione ordinis clericorum hactenus emanerint sententie patrum nihilominus ipsorum queuis correctio mox quam ultimo illata fuerit, non solum in auctoritate scelerum verumetiam in progenie damnatorum ptendit, sicut in Toletano concilio continetur. Nampe cum difficile sit inter prunas et flamas igneas, siue quodammodo impossibile, non exuri: cum omnis etas ab adolescentia in malum prona sit: et procliuus sit cursus ad voluptates naturaque imitatrix sit vitiorum fomesque peccati: et stimulus sathane ei coherere: et difficile sit continere, paucique sine vitio carnis reperiantur sicut Gregorius secundum Episcopo scribit, luxurie carnisque vitio incentiuum tribuit quia remedia que hactenus super sanctis concilijs sanctis patribus et romanis pontificibus statuta sunt non seruuantur. Sicut est illud ab omnibus constitutum quod habitatio mulierum et presbiterarum personarum enitetur. In tertio namque capitulo niceni concilij extitit ordinatum siue constitutum, Neque episcopo neque presbytero, neque diacono, neque ulli clericorum omnino licere habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater aut soror aut auia vel amita vel matertera sit: quia in his solis personis et harum similibus omnis que ex mulieribus est suspitio declinatur. Et qui preter hoc ageret periclitaretur de clero. Et idem in effectu constitutum fuit in tribus et quatuor capitulis secundi concilij Agathensis. et in decimo et in vndecimo capitulis concilij Arelatensis. et in vigesimo quinto capitulo concilij Aurelianensis. et in vigesimo septimo capitulo concilij Elibertani. et in decimo secundo capitulo concilij Pilerdeni. et in secundo capitulo concilij Toletani. et in quas

dragesimosecundo et quadragesimoter-
tio capitulo quarti concilij Tolletani.
et. xxxij. capi. iij. concilij Bracharen-
sis. plus etiam fuit in primo. c. Terraconē.
concilij constitutum, q̄ clerici ad proxi-
mas sanguinis sine testimonio non ac-
cederent. Et s̄m Augusti. omnes que
cum sorore mea sunt, sorores mee non
sunt.

¶ Ad idem consiliū Hierony. dicentis
Hospitulum tuum aut raro aut nunq̄
mulierum pedes tangat vel teratur:
quia non potest toto corde habitare cū
deo, qui feminarum accessibus copula-
tur. propter quod Grego. in. iij. dyalo.
commendabile exemplum ponit de pre-
sbytero, qui presbyteram suam ante su-
ceptos ordines in coniugem habitam
ex tempore accepti ordinis vt sororem,
diligens, sed quasi hostem cauens ad se
accedere propius sibiq̄ appropinquas-
re occasione aliqua non sinebat.

¶ In Agathē. concilio extitit ordi-
natum vel constitutum, quod presbyte-
ri et alij qui ducendi vxores licentiam
non habebant, alienarum nuptiarum
conuiuia euitarent: nec illis immiscerē-
tur cetibus, vbi amatoria cantarentur,
aut obsceni motus corporis choreis et
saltationibus efferuntur, ne auditus
et obtutus sacris misterijs deputatus
turpium spectaculorum atq̄ verborū
contagione pollueretur. In Laodicē.
concilio extitit constitutum quod cle-
rici et ministri altaris spectaculis aut
nuptijs non interessent. Et ad idem cō-
cordat. xij. c. concilij Carthagine. v. c.
concilij Arelate. et etiam adijcitur qd̄
qui in theatris conueniunt, ex cōmuni-
centur: et idem in. lix. ca. iij. concilij Bra-
charen-
sis.

¶ Item Isidorus de vita clericorū scri-
bit. xxiij. dis. his. qd̄ dicti clerici a vulgari
vita seclusi, a mūdi voluptatib⁹ se absti-
neant, non spectaculis: non pompis,
interfuit. Et quod cōuiuia publica fu-

giant, priuata nō tm̄ pudica sed sobria
colant: vsuris nequaq̄ incumbant, neq̄
turpiuz occupationibus lucrorum, nō
fraudibus cuiuscunq̄ studiuz appetāt:
amorem pecunie quasi materiam cum-
ctorum criminum fugiant, et secularia
officia, negotiaq̄ abnuāt, honoris gra-
dum per ambitionem non suscipiant.
Pro bñficijs medicine dei munera non
accipiant: Solos et coniurationes ca-
ueant, Odium, emulationes, obtrecta-
tiones atq̄ inuidiā fugiāt: nō vagi ocu-
lis, nō effreni lingua, aut petulātia siui-
doq̄ gestu icedāt. s̄ pudorē atq̄ verecū-
diā mētis simplici habitu, icesuq̄ ostē-
dant, obscenitatez verborū et membro-
rum sicut et operum penitus execrētur:
viduaz et virginū frequentatōes penit⁹
fugiant: contubernia extranearum fe-
minarum nullatenus appetant, Casti-
monia quoq̄ iuiolati corporis ppetuo
q̄ seruare studeāt, aut certe vni⁹ m̄imo
nisi vinculo federent: seniorib⁹ quoq̄ de-
bitā prebeāt obedientiā, neq̄ vlli⁹ iactā-
tie studio semetipsos attollant: doctri-
ne lectionib⁹, psalmis hymnis et can-
ticis exercitio iugiter incumbāt. Tales
enim esse debent qui diuinis cultibus se
esse mancipandos student. s. vt duz sciē-
tiam operam dant doctrine gratiā po-
pulis admistrant. ¶ In concilio etiā
ad anetē. constitutum fuit qd̄ dicte
persone ecclesiastice plausus et risus in-
conditos agere, aut fabulas inanes re-
ferre aut cantare non presumerent: nec
turpia ioca ante se fieri paterent, nec lar-
uas demonum ante se deferri consenti-
rent. Et q̄ in mensis honeste conuersa-
rentur, et sobrie viuerent et comederent.
Cum itaq̄ vite mundicia esset pre cete-
ris in his qui ferunt vasa domini, sicut
ipse dominus per Esa. prophetam pre-
cipit, requirenda, esset plurimum ad re-
frenandū in ordinationem et luxuriam
status ecclesiasticū vigilandum. Hec au-
tez luxuria a predicto Esaya propheta
figmata

figurata est per pilos quorū alter cla-
mabat ad alterum, Pilosi enim s̄m ses-
p̄naginta interpretes et s̄m Isidorus
ethimolog. sunt demones incubi ab in-
cubādo dicti: quia sunt improbi et inter-
dum cubant cuz mulieribus: per quos
recte qui luxuriose agunt in ecclesia et
spiritu maligno ducuntur, qui spiritua-
les esse deberēt, significari possunt simi-
les Esau, de quo in Genesi dicitur q̄ pi-
losus erat. Et tales sunt deo odibiles, si-
cut et ipse Esau fuit, de quo scribitur,
Jacob dilexi, Esau autem odio habui.

¶ Rubrica. xxxvj. De gula, ebrietate et
comestationibus: et ferculorū multipli-
citate: et superabundantia refecandis et
cohibendis.



¶ Quid pernicioza exēpla pec-
cati gule vniuersus populus
christianus a clero recipiat, i
aperto apparet, cum dictus
clerus lautius et splendidius et pluribus
ferculis q̄ faciant reges et principes do-
mini contra honestatem ecclesiasticam
et clericalem regulam et doctrinam con-
stitutā a sanctis patribus cōiuentur.
In regula apostolica ad Titū tradita
continetur q̄ promouēdus sit sobrius
et nō vinolentus. Et hoc forte quia sicut
Hierony. ait, Venter mero estuans, ci-
to despumat in libidinez. et vbi ebrie-
tas ibi libido dominatur et furor: Luxurio-
sa ebrietas: et omnis qui cum his immi-
scetur non erit sapiens: propter quod
sponsa christivinum monetur fugere vt
venenū. In veteri testamento ministri
templi vinum et siceram bibere prohibe-
bantur, ne ebrietate grauarentur cor-
da eorum, et vt sensus eorum semper vi-
geret et tenuis esset. Hoc enim nudauit
femora: Et Loth quem sodoma non vi-
cit, vina vicerūt. Apostolus autem scri-
bit ad romanos, ad exordium, conditio-
nis humane prospiciēs, Bonum est vi-

num non bibere, et carnes non comede-
re, vinū em̄ cū carnib⁹ post diluuiū dedi-
catum est. Secundum Ambrosiū, sexto
die bestie sunt create, et cum eis orta est
edendi potestas et vsus escarum. Vbi ci-
bus cepit, ibi factus est finis mundi: p
de per cibos mūd⁹ habet minui⁹ p
quos desinit augeri. Ad esset seruitus si ebrie-
tas nō fuisset. In canonibus apostolo-
rum episcopus, aut presbyter, aut dia-
conus alee atq̄ ebrietati deseruiens, si
non desinat, condemnatur, Subdiaco-
nus, lector, aut cantor similia faciens et
non desinens, comunione priuatur. et
statuitur, vt ille quem ebrium fuisse cō-
stiterit triginta dierum spacio a com-
munionē submoneatur, aut corporali
supplicio subdatur. Cum autem vno-
lentus esse prohibetur minister eccles-
iasticus, gule intemperantiaz nequaq̄
habere permittit. Nā sicut ebrietas ita
et voracitas prohibetur: et vtrunq̄ inter
opera tenebrarū apostolus ad Roma-
nos connumerat, dicens, Non in comest-
ationibus et ebrietatibus etc. Venter
nanq̄ ingluuias ad luxurias facile pro-
uocat: et omne opus bonuz dissoluit, vni-
de venter et genitalia sibi metipsis vici-
na sunt, vt ex vicinitate membrorū in-
telligatur confederatio vitiorum. Ven-
ter cui coquorum multitudo deseruit,
edificia virtutum ad solum redigit. Sa-
cerdoti s̄m Hieronymus de altario vi-
nere licet, nō luxuriari permittitur: per-
sonis ecclesiasticis tabernas, nisi cā ne-
cessitatis intrare, in Laodicē. et Cartha-
ginē. concilij easq̄ tenere in. vi. syno-
do prohibetur.

¶ A crapula et ebrietate in generali cō-
cilio abstinere iubentur clerici vniuersi.
super adicheam prop̄phetaz scribit
Hieronymus q̄ ecclesie principes qui
delicijs affluunt, et inter epulas atq̄ de-
licias pudicitiam seruare se credūt, pro-
pheticus sermo dicti adichee prophe-
te describit quod es̄ cledi sunt de spacio

sis domibus lautisq; conuiujs, et multo labore conquistis epulis in tenebras exteriores ubi erit fletus et stridor dentium. Nam confusio et ignominia est christum crucifixum pauperem et esurientem fartis corpibus predicare, et ieiuniorum doctrinam rubentes et tumensia ora proferre: Inferens idē Hieronymus qd si in apostolorum loco sumus, non solum sermones eorum imitemur, sed conuersationem et abstinentiā. Et set itaq; super sobrietate et parcimonia seruandis in statu ecclesiastico prouidendum, cum magna pars ecclesiasticorum reddituum in excessiuis conuiujs et conuersionibus expendatur. Unde uerendum est qd deus propter hec et alia contra ecclesiam et eius ministros irascatur, et qd eam permittat deprimi, sicut fecit iudeos. Nec autem gulositas a dicto propheta per milium pgrue designata est: Cum fm Isidorū. diluus inter alias aues mollis et voracissimus et rapacissimus describatur: et inter immunda animalia in Leuitico et in Deuterono. figuratus, gulosos molles et mollia diligentes, escarum voratores et deuoratores qui immūdi sunt, ut supra probatum est, competenter designās. Remedium bonum esse uidetur qd statueretur ne ultra tria fercula ministrarent nec in dictis tribus ferculis in quantitate excederent, nec in quolibet ferculo diuersas species comestibilium apponerent sicut frequenter faciunt capones, perdices, fasianos, cuniculos et lepores in vno incisorio, in tanta copia ministrādo, qd hoc qd in vno incisorio ponit possit sufficienter seruari. xi. vel. xii. personis. Et quod circa ministracionem uinorum, confectionum et specierum: et excessuum uestium in ipsis et familiaribus eorum, et in domibus proprijs et alienis, et potissime in procuracionibus et uisitationibus circa quas multi prelatorū

excedunt suprayices suas, ab illis quos uisitant conuiuia sibi preparari facientes, contra prohibitiones Grego. defensori Sicilie factam: et cōstitutiones Delagij qui prohibet (Crescomio scribēs) prandia enormia fieri: mandans scdm mediocritatem uini uisciuq; loci, episcopo uisitanti conuiuū preparari: Tantiq; excessus est, et in preparatione conuiuiorum et in numero euectionum cōtra prouisionem concilij Lateranē. qd interdum victum longi temporis breuis hora psumit, et vsq; ad extreme uirtutis exinanitionem quasdam basilicas pdit s. vii. ca. quarti concilij Toletani.

Rubrica. xxxviij. De inuidia et detractionibus et partialitatibus.

Decatur inuidie nimis patenter et notorie uidetur in ecclesia dei radicari. Nam uix est aliquod collegiū in quo propter dictam inuidiam diuisiones, scissure et partialitates non fiat, et quantum in ipsis est unitatem ecclesie que diuisionem nō capit, cōtra doctrinam Delagij scindunt: et tunicam domini inconsutilem et indiscissam minutim per frustra diserpunt. sicut Hieron. attestatur: nec proficit cōstitutio concilij Carthaginē. continētis qd clericus fratrum profectibus inuidens, donec inuitio est, nō promouetur, Cuz dicta constitutio non seruetur et ad iam pmos dicta inuidia que in interioribus medullis recondita est, sicut habetur in octaua synodo, dirinet. Et ex hac inuidia plurimi periclitantur in clero, sicut propter prelationis inuidiam, Abel a Laym fratre suo extitit interfectus, sicut in Gen. continetur. Ex hac inuidia multe false accusaciones et delaciones sunt in clero ab his qui inuidie stimulis agitantur, sicut Anacletus papa testatur. Nec peius malum est fm Grego. qd christianos sacerdotibus

inuidere. Nec inuidia ab Isidoro uita clericorum plurimū reprobatur. Dicit enim Clerici emulatiōes et obtrectatiōes et inuidiā fugiāt. Nec inuidia recte a dicto Esa. figurata est p lamias que a lamiano dicte sunt qd sicut Isidorus ait in lib. ethimolo. fabulose in fauces et lanias narratur. Et fm Greg. in gl. super illud Tren. iij. Sed et lamie nudauerunt mām etc. Dicit qd dicte lamie crudeles sunt, et suis fetibus quos lamiarunt feruntur, per quas inuidit detractores significatur: qui bonorum mores uitam qd quantum in ipsis est lacerare nituntur, deteriores fm Anacletum papam qd hi qui substantias aliorum prediaq; diripiunt. Tales fm Grego. in puluerem sufflant in oculos suos terraz excitāt. ut unde plus detractionis perlat, inde magis nihil ueritatis uideant.

Rubrica. xxxviii. De ira et odiorum precipitatione in sententijs et alijs euitandis.

Irratum ire et odij inter personas ecclesiasticas sicut de inuidia premissum est, fere in singulis collegijs notorie radicatur. Nec uidetur clerus considerare qd beatus Petrus homicidiorum tria genera, et eorum penam parilem esse dicebat. sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita quoq; eorum detractores eosq; odientes homicidas esse manifestabat. sicut ex epistola Clemētis habet hoc odium, sicut Isidorus de uita clericorum ait, maxime persone ecclesiastice fugere debēt, et odio peccata habere: nō homines, sicut Leo papa rustico narbonensi episcopo scribit: et ex officio suo eos qui se odio habent, aut longinqua inter se lite dissenserint ad pacem et concordiam inducere, et per censuram ecclesiasticam, si opus fuerit, compellere de-

bent, sicut habetur in concilio Agathensi. Et super pace, quam odium impedit, conseruanda, sibipis mutuū cōcilium et auxiliū, non obstante cuiuscunq; amore uel odio, impartiri, Sicut Innocētius papa secundus testat, Nec odio nec rancore, nec ira debēt suas sententias fulminare: Nam illa prepositorum sollicitudo est uilis: Alia est cautela laudabilis. in qua totū ratio agit, et furor nihil sibi uendicat. Quare restringenda est sub ratiōe potestas, nec est quid agendum priusq; cōcitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam cōmotio tempore iustum putat esse omne quod fecerit. sicut Grego. imperatori Mauricio scribit, Ira sepe etiam innocentes ad crimen adducit, quia dum iusto amplius irascimur, et uolumus aliena coherere peccata, grauiora committimus, sicut Ambrosius attestatur, propter qd apostolus scribit romanis, Non uos uindicantes carissimi, sed date locum ire, hoc est declinemus eam, ne nos illa corripiat. Sūmo igitur opere precauendū est ne rectores ecclesie qui publica iudicia exercent in dictādis sententijs nullatenus leuitate, aut furore ducti sint precipites, sicut ait Grego. Quod minime obseruatur ab his qui iuris ordines in ferendis sententijs non obseruant. Et qui more et ultra morem laicorum se uindicant, et per se et per alios uindictas publicas fieri mandant et faciunt sub confidentia ecclesiastice libertatis: nullius pertimescentes culpam, quam se redimere nummis posse existimant, sicut Isidorus ait. Ex quo frequenter coniurationes et conspiraciones, ut in decretali Gregorij decimi pro humani contra assassinos, et contra illos qui per eos uindictas mandant fieri, non seruantur. Et insuper quia personis ecclesiasticis homicidia studiose perpetrantibus prebetur defensio in personis: et ecclesie receptant. qd tū sicut dñs

precepit in exodo et continet decretalis Si per industriam occidat proximum suum et per insidias, ab altari dei euellendi sunt ut moriantur. Et si executioni mandaretur contra clericos et laicos per industriam occidentes: et degradarentur per sone ecclesiastice talia homicida studiose et voluntarie perpetrantes, summus esset remedium ecclesie sancte dei contra insolentias et scandala clericorum et religioforum qui per certitudinem quam habent quod propter talia maleficia non tradetur curie seculari, nec morti subiciantur qui ad sacros promouentur ordines; Et dicta impunitate ad statum clericali accedit ut ex hoc et beneficio canonis si quis suadet diabolo, cuius sententia videretur cum talibus retrahenda, fiant qui neque fuerant, nequiores. Congrue itaque a dicto Esaiam propheta hoc odium et ira per onocentaurum in autoritate propolita designantur. Nam onocentaurus dicitur ab onos quod est asinus et centaurus: Centauri autem fuerunt equites in bellis discurrentes, hominesque notantes: figuram asini et hominis faciem pretendentes, sicut Ysidorus in libro et hmoiologiarum scribit, ubi agit de portentis.

Rubrica. xxxix. De accidia et negligentia et ignorantia.



Deccatum accidie et negligentie maxime radicitur in ecclesia sancta dei, maxime exemplum inde assumit vniuersus populus christianus. Nam pauci sunt in clero qui non vocentur, vel vocari possint in his que ad eorum pertinent officia, propter que sunt constituta stipendia et ecclesiastica beneficia, negligentes. Ex qua negligentia verendum est quod diuina contrahat offensa. Unde dicitur enim qui opera domini negligenter exercet,

sicut Hieronymus testatur, Qui autem negligit viam suam (ut ait sapiens) mortificabitur: et qui timet deum nihil negligit, sicut ecclesiastes ait. et in prouerbiorum. i. vos quoque increpationes meas negligitis propter quod ego in interitu vestro ridebo: et cum repetita calamitas superuenerit inuocabitis me et ego non exaudiam. Si ergo inspiciatur titulus de negligentia prelatorum, liquide apparebit quantum negligentia dei officit, Nam sicut in vno quoque artium opere inuenitur mater iustitia ita nouerca conditionis in ecclesia dei radicitur ignorantia que mater est cunctorum errorum: et que maxime in dei sacerdotibus est vitanda: qui docendi officium in populo susceperunt: et qui scripturas sacras et canones scire debent, cum omne opus eorum in vita et predicatione et doctrina consistat: et cunctos edificare habeant tam fidei scientia quam operum disciplina. Sicut habetur in concilio Toletano. Cum itaque ignorantia scripturarum ignorantia Christi sit, sicut Hieronymus in Esaiam testatur. Et Paulus ad corinthios scribat, quod si quis ignorat ignorabitur. Et Gregorius in moralibus dicat quod qui ea que dei sunt nesciunt a deo nesciuntur. et Christus testatur quod si cecus cecum ducatum prebeat, ambo in foveam dilabuntur.

Rubrica. xl. De primo remedio contra negligentiam, eruditionis in prelatibus, scilicet quod regula apostolica in promouendis seruetur.



Contra negligentiam eruditionis et pestem ignorantie remediari posset quod seruaretur in promouendis ad prelaturas prout conuenientius fieri posset regula apostolica scripta ad Thimotheum, videlicet ut promouendi essent doctores

ctores, non litigiosi, non cupidi, non neophyti. Sed prudentes, ornatissimi, hospitalissimi, pudici, et domui sue bene prepositi sicut gratianus profertur in decretis: Et sicut statutum fuit in concilio quarto Carthaginensi, cui Augustinus interfuit in. c. cum episcopus ordinandus est, antea examine, si sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si se breuius, si peruenit, si semper suis negotiis cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege domini instructus, si in scripturarum sensibus, cautus, vel acutus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, ut taliter examinati et promoti secundum dictum concilium Carthaginense suscepto In nomine Christi episcopatu: non sine delectatione, nec suis motibus: sed patrum diffinitionibus acquiescat. Licet enim sicut in Lateranensi concilio scribitur, In cunctis sacris ordinibus et ecclesiasticis ministeriis sint etatis maturitas morum grauitas, et literarum scientia inquirenda, multo fortius in episcopo hec oportet inquiri, qui ad curam positus aliorum in seipso debet ostendere qualiter alios in domo dei oporteat conuersari.

Rubrica. xli. De secundo remedio contra negligentiam eruditionis in curatis.



Remedium contra negligentiam eruditionis curatorum posset esse, ut seruaretur concilium Toletanum in quo statutum fuit, quod quando presbyteri in parochiis ordinantur, libellus officiales, id est continentem omnia ad officium curati pertinentia ab episcopo suo accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant, ne per ignorantiam in diuinis scripturis offendant. Unde esset perquam utile ecclesie sancte dei, quod

componeretur vnus liber ad intelligendum facilis, ad studendum et retinendum utilis, in quo ponerentur canones penitentiales, quos non licet secundum Celestinum papam et Augustinum, sacerdotibus ignorare. Et instructio plena traderetur eis circa confessiones audiendas et penitentias et satisfactiones iniungendas, et circa administrationem sacramentorum ecclesiasticorum, et celebrationem et intellectum diuinorum officiorum, gubernationem animarum utilia et necessaria esse viderentur, ita quod nullus secularis vel regularis posset ad sacerdotalem ordinem, nec aliquo modo curatum beneficium obtinere nisi in premissis esset competenter eruditus. Sicut enim perhibet magnus Dionysius, substantia sacerdotum sunt eloquia diuinitas tradita. Et in Augustinum Si vnum de his que ad discendum necessaria sunt sacerdotibus defuerit, nomen vix in eis constabit.

Rubrica. xlii. De tertio remedio contra negligentiam conditionis vniuersi cleri.



Remedium contra negligentiam conditionis vniuersi cleri posset esse, ut secundum prouidentiam lateranensis et generalis concilii, ecclesia que sicut pia mater prouidere tenetur ne pauperibus que parentum opibus iuuari non possunt, legendi et proficiendi oportunitas subtrahatur, in vnaquaque cathedrali ecclesia, et in alijs collegiatis et honorabilibus magistris tenerent: qui clericos et seculares pauperes ciuitatis et diocesis incantando et legendo et scribendo gratumaticibus et logicalibus gratis instruerent, et pro doctrina sua nihil ab eis reciperent: sed ecclesiastica beneficia vel stipendia ab episcopis et capitulis ac collegiis et alijs prelatibus assignarentur eisdem.

Et q̄ in istis seruaretur doctrinar con-
stitutio concilij Toletani. In quo statu
tum fuit q̄ illi quos a primis annis vo-
luntas parentum clericatus officio mā-
cipauit, mox detōsi vel ministerio lecto-
rum tradi in domo ecclesie sub speciali
presentia teneretur subvno cōclauī, vt
lubrice etatis annos non in luxuria sed
in disciplinis ecclesiasticis agerēt depu-
tati probatissimo seniori: quem et magi-
strum doctrine et testem vite haberent.
Et q̄ tales taliter enutriti. xvij. anno
etatis sue completo, si clerici esse velent
castitatem seruare vouerent, et in clero
remanerent, et ad ordines statuti tem-
poribus promouerentur. Et si contra-
rium facerent rei sacrilegij s̄m formam
dicti concilij haberentur. Et si contra-
here velent. xvij. anno expleto et voto
nondum emissio, concessa ab aposto-
lo licentia non negaretur eisdem. Si tñ
cum vnicis et virginibus contrahere
vellent, et priuilegijs ecclesiasticis gau-
dere velent, sub ecclesiastica regula tes-
nerentur, in bonis morib⁹ viuerent et ca-
nendis psalmis inuigilarēt, et ab oībus
illicitis, cor et linguar corpus deo acto-
re seruarent, sicut Gregori. Augustino
anglorum episcopo scribit. Ex talibus
autem et taliter enutritis qui in cathē-
dralibus collegiatis et honorabilibus
ecclesijs sub regula et disciplina ecclesias-
tica vsq; ad. xvij. etatis sue annum cō-
pletum enutriti essent, et in officio ecclesias-
tico et grammaticalibus informati
possent illi qui magis apti, idonei et do-
cibiles viderentur ad metropolitanam
ciuitatem in qua essent magistri docen-
tes in sacra paginat in vtroq; iure, et ex-
inde ad generalia studia destinari.

**Rubrica. xliij. De beneficijs ecclesia-
sticis vnde possent dictis pauperibus ma-
gistris et scolarijs prouideri.**

Ead prouidendum talibus
de quibus constaret q̄ am-
plius ad seculū redire nō pos-
sent, sufficerent beneficia ecc-
lesiastica que non absq; animarū et ecc-
lesiarum dispendijs et periculis in plu-
ralitate tenentur: et detinentur a mul-
tis: et contra canonicas sanctiones, s̄m quas
singula officia et bñificia ecclesiastica sin-
gulis sunt committenda et conferenda
personis: nec debz quis in pluribus be-
nificijs intitulari. Et idem fuit in. x. ca.
Calcedonen. concilij, et in synodo Plas-
centie celebrata. In qua Urbanus pa-
pa affuit constitutum. Et a beato Bre.
qui super hoc etiā omnibus episcopis
scripsit. Et in synodo et etiam in concilio
Toletano. Et ad idem concordant
iura ciuiliat diuina. Tenent nanq; aliq;
propter fauorem quē in ecclesia habēt,
tot beneficia q̄ viginti, et aliquando qu-
quaginta scolares et vltra possent in sco-
lis sustentari de eis: Nec ita successiue be-
nificiati plus ceteris pauperibus com-
muniter pficiūt: quinimo frequentius
deficiūt et expendūt in pompis et vanita-
tibus dies suos: et ecclesiasticos reddit⁹
cumulatos eisdem. Possent etiam talis
bus clericis prouideri de beneficijs que
diuitibus indebite conferūtur. Nam sicut
Hieronymus ad Damasum papam scribit
Clericos illos conuenit ecclesiasticis sti-
pendijs sustentari, quibus parentum et
propinquorum nulla bona suffragan-
tur. Qui autem ex bonis parentum et
suis operibus sustentari possunt, si quō
pauperum est accipiunt, sacrilegium p-
fecto committūt: et per abusionē talium
iudicium sibi manducant et bibūt. Pro-
sper etiam in libro de vita contemplati-
ua scribit, q̄ pastor ecclesie his quibus
sua sufficiūt, nō debet aliquid erogare:
q̄ nihil aliud est habentib⁹ dare, q̄ per-
dere: nec illi qui sua possidētes dari sibi
de ecclesia aliquid volūt, sine grandi pec-
cato suo vnde pauper victurus erat acci-
piunt.

cipiūt. De clericis quidem spiritus san-
ctus dicit per Oseam pphetam, q̄ pec-
cata ppli comedūt: s̄ sicut nihil habēs
tes p̄riū, nō peccata: sed alimenta qui-
bus indigere vidēt accipiūt: ita possessio
res nō alimēta q̄ abūdāt, s̄ aliena pec-
cata suscipiūt. Et isert dicit Prosper, nō
est meū dicere q̄ peccatū est qui cibos
pauperū p̄sumēdo suscipiūt, q̄ ecclesiam
quam de proprijs facultatib⁹ inuare de-
buerant, suis expēsis insuper grauant.
Possent etiam prouideri predictis
de ecclesiasticis beneficijs que tenent
multi alienigene in alienis regnis, quo-
rum lingua non intelligunt: nec habiles
sunt ad curam exercendam in eis:
nec in ipsis residere intendunt, et etiam
possunt: que vti nā non teneantur cuz
solo periculo animarum ipsorum qui se
excusare nituntur obtentu diuersarum
dispensationum propter suam vel suo-
rum importunitatem vel potentiam
absq; euidenti necessitate vel utilitate
obtentarum. Illi enim qui sunt eiusdem
linguagij et eiusdem regni et prouin-
cie, ciuitatis et diocesis et ecclesie, ceteris
paribus sunt alijs in ecclesiasticis bene-
ficijs et prelacionibus s̄m iura preferen-
di. Et in hoc concordant iura a multis
romanis pontificibus edita, et specialiter
a Celestino, Pelagio, Gregorio, In-
nocentio, Leone, Stephanor: conciliū
generale ne pro defectu, et penultimum
capitulum concilij Neocesariē. et. ij. et
ij. capi. concilij Bracharen. et penulti-
ca. concilij Taurinen. et. vij. et. ix. ca. con-
cilij Auaricen. et vltimum ca. concilij Va-
lentini. et. xij. c. primi concilij Toletani.
et. ij. c. ij. concilij Toletani. et. ij. c. concilij
Bracharen.

Possent etiam, prouideri predictis
de aliquibus parochialibus ecclesijs,
que ita pingues sunt et abundantes qd
relicta congrua portione vicario perpe-
tuo, possent de eis multi scolares in stu-
dio sustentari. Tales autem possent te-

neri sub disciplina et regula ecclesiasticis
ca. et subvno conclauī non solum in ca-
thedralibus et collegiatis ecclesijs, vt
est dictum, verum etiam in studijs pro-
uincialibus et generalibus in quibus
possent ad hoc per prouincias loca cer-
ta deputari. Et tales possunt se astrin-
gere prouincijs ciuitatibus et diocesis
bus et ecclesijs, de quarum bonis enu-
triti essent in scolis, q̄ sine licentia se ad
alias ecclesias non transferrent. Tales
in puritate vite, et sub disciplina ecclesias-
tica enutriti ab infantia, et in sacra
pagina et alijs scientijs informati posse-
rent cum bona conscientia assumi ad
curam animarum, et regimen prelatis
num, et in dei ecclesia, secundum Da-
nielem, velut splendor fulgerent firma-
menti. Ex quibus postmodum possent
copia doctorum haberi, qui velut stel-
le in perpetuas eternitates mansuri, va-
lerent ad iustitiam plurimos erudire.
sicut Honorius tertius attestatur. Et
per tales possent processu temporis vi-
ta et doctrina vniuersalis ecclesia refor-
mari. Potissime si ordinaretur ex nūc,
et executioni debite mādaretur, q̄ viri
literati et idonei, de quib⁹ multi repiunt,
quib⁹ vel nullo modo, vel min⁹ cōpetēter
p̄uisum est quibuscunq; alijs nō idoneis
et minus sufficientibus preferrentur in
assequendis ecclesiasticis beneficijs, et
officijs et prelaturis secularibus et re-
gularibus ecclesie sancte dei, in qua
Christus dedit potestatem filios dei
fieri his qui nō ex voluntate carnis, nec
ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt.
sicut sacrum beati Joannis euangelij
attestatur. Et cessaret ex tunc forma
pauperum et specialis forma prouisio-
num, quo ad omnes qui nō essent, sicut
premissum est, bene literati, vita proba-
ti, et in etate legitima constituti.

**Rubrica quadragesima quarta. De
quarto remedio contra ignorantiam
cleri, et negligentiam eruditionis.**

Remedium aliud contra cleri ignorantiam posset adhiberi, vt omnes clerici non conuerti fugerent otiositate, que otiositas est radix omnium malorum: et semper aliquid boni facerent, ne diabolus, secundum doctrinam Hieronymi, eos occupatos inueniret. Et quod secundum doctrinam apostoli, quando diuinis obsequiis non adessent, lectioni attenderent et doctrine: et semper permanerent in his. Quod etiam nulli conferretur prima tonsura, nisi competenter sciret legere et cantare: Nec minores ordines, nisi ultra predicta haberet maiorem instructionem: et nisi haberet unde viveret: vel esset in scriptura vel aliquo artificio honesto taliter instructus, quod inde vitam querere sibi posset: sicut fuit statutum in concilio Carthaginensi. Nam frequenter illi qui promouerentur ad titulos secularium personarum vel beneficiorum, propter eorum demerita dictos titulos perdunt, et sic mendicari et enagari coguntur. Et si omnes certi essent quod aliter non possent peruenire ad clerum, omnes adiscere, et eorum parentes et propinqui eis pro uideri amplius conarentur: maxime si certi essent quod beneficia ecclesiastica assidue qui non valerent, nisi haberent sufficientiam literarum, a quorum studio et laboriosa inquisitione retrahuntur, qui, presidentium parentum et duntaxat fauore, uident iuuenes insufficientes et illiteratos pro uentibus literatis et meritis propter ambitionem et deordinationem, rectorum et prelatorum ecclesie indebite anteferri. Et melius esset dominis sacerdotum atque clerum paucos insufficientes habere ministros, qui possent digne opus dei exercere, quam multos et innumerabiles habere inutiles: qui secundum elementum graue onus et confusionem inducunt ecclesie sancte dei.

Rubrica. xlv. De quinto remedio contra cleri ignorantiam et negligentiam

eruditionis.

Remedium aliud posset esse contra negligentiam eruditionis et ignorantiam cleri, vt specificaretur et declararetur que scientia literarum: et que sufficientia est in singulis gradibus, et statibus ecclesiasticis, requirenda: et quod sine ea nullos ad dictos gradus et status admitteretur: Et insuper quod diuersitas glossarum et scriptorum que est in singulis facultatibus, que diuersitas et varietas cum multiplicitate et pleritate ac similitudine dictorum et recitatorum, studentium sensus ebeat, tempus et facultates consumit, confusionem et ignorantiam inducit: Cum ex hoc textum et originalium notitia conteneretur, rediret per certos magistros in qualibet facultate approbatos et deputatos, refectis superfluis, similibus, et contrariis, ad compendium ueritatis: quod compendium approbaretur per apostolicam sedem. Et sic scolares et magistri qui pre nimia paupertate dicta scripta habere non possunt: et quantum habent temporis in eis consumunt, plus in quinque annis proficerent quam faciunt nunc in decem. Et ordinaretur quod singula studia reformarentur per locorum ordinarios et rectores et magistros, ita quod scolares vacarent scientie et non uanitatibus et dissolutionibus, populis, conuiciis, dissensionibus, partialitatibus atque brigis. Non enim gerunt se communiter tanquam persone ecclesiastice, sed potius tanquam seculares uel peius: et conantur plus expendere quam possint: et quam expendere in patria eorum: et maiores se ostendere quam sint de ueritate notantur scientie quantum de ostensionibus notariis brocardicorum et uerborum folijs curam gerentes et uacui a scientia recedentes. Et multi indebite efficiuntur magistri, qui nondum forma discipuli didicerunt: et libros facultatis in quibus esset omnibus prouidendum et dicta studia

ta studia reformanda et ad antiquum statum qui non erat pomposus, nec sumptuosus, nec inordinatus, nec inquietus sollicitudine paterna que consilium capere debet pro liberis et ecclesie filijs reducenda. Esset insuper utile quod concilia generalia hactenus celebrata in singulis studiis et insuper in omnibus cathedralibus et collegiatis ecclesiis haberentur, ut qui uellent possent habere copiam de eisdem: et quod idem fieret de canonibus penitentialibus et de alijs libris et scriptis uilibus pro salute et regimine animarum.

Rubrica. xlvj. De prima negligentia circa curam animarum quia causas electionum romana ecclesia ad se trahit: et ecclesie remanent uiduatae.

O negligentia prelatorum, rectorum, curatorum et ministrorum ecclesiasticorum, circa curam animarum commissarum eisdem, circa quarum custodiam attentum esse debent, sicut dicitur in actibus apostolorum: quia ab eis grex qui ipsis datus et commissus est, pecus inclitum secundum Hieronymum, requiretur: et pro quo animam pro anima reddent, et se reddituros spondent et notorie deprehenditur et notatur in ecclesia sancta dei quia manifeste apparet quod ecclesia romana causas electionum multis uisus et remedijs ad se trahit, et ecclesie remanent ex hoc longis temporibus uiduatae: Gregorius dominicum propter defectum pastorem lupus rapax inuadit: et ecclesie in earum iniribus et facultatibus dispedia graua patiuntur, contra prouisionem concilij generalis, quod uolens in hoc periculis occurrere animarum et ecclesiarum indemitatibus prouidere, statuit ut ultra tres menses cathedrales uel regulares ecclesie quando vacarent, non differretur

electio: ne pastore ecclesia esset destituta. Quequidem prouisio quodammodo est inanis cum propter appellationem inanis et friuolam deductam ad romanam curiam, per plures annos ecclesie remaneat uiduata, et suis facultatibus spoliata, modica consideratione de dicta cura habita animarum, et lites efficiuntur ibi, quodammodo immortales.

Rubrica. xlvj. De secunda negligentia circa curam animarum: quod prelati et curati non resident.

M negligentia etiam circa curam dictarum animarum manifeste apparet: quia per romanam ecclesiam absque eiusdem necessitate uel utilitate dispensatur cum multis, ut pluralitatez beneficiorum curatorum obtineant: Et quod non te neantur ad tempus ualde longum residentiam facere personalem: et dictam curam habentes et etiam prelati absque necessitate et utilitate predictis, longis temporibus in romana curia detinentur et diuersis uisus ab ecclesijs que eisdem et eorum cure commisse sunt, se absentant. Nec seruatur rubrica de clericis non residentibus in ecclesia uel prebendam: nec est. lxvij. cap. concilij Agatheni. in quo statuitur quod presbyteri et diaconi qui ultra tres hebdomadas ab ecclesijs suis defuerint: et episcopi qui in eis in epiphania, pascha, et penthecoste non fuerint, suspendantur. Non seruatur etiam. xxxvij. c. dicti concilij Agatheni. et alia iura in quibus precipitur quod dimissis curis et ecclesijs non debeant enagari. Non seruatur etiam xlvj. c. Sardiceni. concilij, continens quod episcopi in alienis prouincijs non morerentur: nec possessiones acquirant: nec penultimum capitulum eiusdem concilij: nec. iij. c. concilij Anthiocheni, nec. xx. ca. et. xxij. c. concilij Calcedoneni. prohibentia ne dicti prelati se absentent.

Rubrica. xlvij. De tertia negligentia cure animarum quia inhabilibus committitur qui eam exercere nesciunt.

Magis negligentia contra dictas curam animarum manifeste apparet: quia non solum curata beneficia et simplicia verum etiam duplicia, et quod detestabilius est, prelature committuntur talibus quod publice et notorie propter defectum etatis vel scientie: vel propter alia constat laicis et alijs esse inhabiles ad curas huiusmodi animarum, de quarum perditione, licet preciosiores sint cunctis corporibus et corruptilibus rebus, parum curari videtur: eo quod per generale abusum prelatorum ecclesie talibus committuntur quibus non vsquequaque forsitan suffragatur si per alios fieri faciant quod tenentur personaliter facere per seipsum cum per virum proprium et non alienum cui copulatur ecclesia habeat secundum Hieremias namque dicit constitui te ut euellas scilicet vitia: et plantes scilicet virtutes. Et in Ioan. dicitur quod pastor debet precedere gregem et oues voces eius audiunt. Et de Aaron dicitur in libro sapientie, quod stans inter vivos et mortuos restitit ire dei. Sicut enim speculator secundum Bernardum non debet esse cecus: nec dux claudus. Sic nec prelo id est curatus debet esse mutus. Preconis enim officium accipit qui curam assumit animarum. Sicut Grego. in. xv. capi. sui pastoralis exponit. Labia namque eius custodire debent scientiam: et subditi eius legem eius requirunt: quia est angelus et nuncius domini exercituum. sicut Malachias dicit quem per Esaiam dominus admonet dicens. Llama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam et annuncia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum. Tales inhabiles non clamant, nec predicant, nec populis eorum scelera annunciant, nec confessiones au-

diunt, nec de cura animarum se in aliquo intromittunt. Sed duntaxat de redditibus percipiendis sacculum pecunie secundum feretes in die plene lune id est quando redditus colligendi sunt reuerfuri. sicut dicitur per Salomonem de alio qui vir est: cui curatus propter fecundationem et fidem equiparatur in figura.

Rubrica. xlix. De quarta negligentia circa curam animarum que publice peccatores nullo modo vel insufficienter puniuntur, nec publice euitantur, nec eorum oblationes respuuntur. et quod pene pecuniarie auerterentur in pios usus.

Negligentia etiam predicta circa curam animarum apparet: quia publice peccatores secundum doctrinam apostoli dicentis ad Thimoteum peccantem coram omnibus argue ut ceteri metum habeant, non puniuntur: nec admonitio Christi adimpletur dicentis ut peccantes primo secrete, Secundo duobus vel tribus testibus adhibitis arguantur. Et si emendare contempserint tanquam ethnici et publicani euitentur, Hieronymus autem exponens illud numerum, quod vno peccante ira dei super omnem populum venit, dicit quod hoc accidit quando sacerdotes qui populo presunt erga delinquentes beniuoli videri volunt et verentes penitentium linguas ne forte de eis male loquantur sacerdotalis severitatis immemores. Et tali autem iniusta misericordia in discrimen alij adducuntur, et sicut ex vna oue morbida vnus versus grex inficitur, sic etiam vno fornicatore vel aliud quodcumque scelus committente plebs polluit vniversa. Unde secundum Hieronymum. secale sunt putride carnes et scabiosa a caulibus ouis repellenda est, ne tota domus massa, corpus et peccora ardeat, corrumpatur, putrescat, et intereat. Adulteri

Adulteri enim et peccatores publici per curatos et prelatos non euitantur quod est contra iura. Nam in xlvij. c. coci. Liberiani fuit constitutum, quod si quis fidelis habens uxorem, non semel sed sepe mechatus fuisset, ei concubio non daretur. Et sanctus Augustinus, de adulterio, coniuga, magis puniendi sunt viri adulteri quam uxores adultere, pro eo quod magis ad eos pertinet et virtute vincere et exemplo feminas regere nec seruantur a dictis prelatibus et curatis iura continentia quod oblationes talium publice peccantium non recipiantur, sed in concilio Cartagine, statutum sit quod oblationes discordantium fratrum neque in sacrario neque in gazophylatio recipiantur, et similiter dona eorum qui pauperes opprimunt a sacerdotibus refutentur. Et idem statuit Nicolaus papa de respuendis oblationibus sacrilegorum et inuasorum et depredatorum rerum ecclesiasticarum. Idem etiam scripsit Augustinus in prima epistola ad Bonifacium ca. i. de respuendis oblationibus illius qui per violentiam de ecclesia seruorum extraxerat qui fugerat ad eandem, et ad macedo. scripsit idem de officiis qui contra ius societatis humane furtis, rapinis, calumnijs, inuasionibus, et oppressionibus, aliqua abstulerunt, que Zachari publicani exemplo reddenda sunt potius quam donanda. Indecens namque videtur secundum predictum Augustinum quod oblationes recipiantur a talibus: et a publicis usurarijs, aleatoribus, histrionibus, simoniacis, lenonibus, meretricibus, et consimilibus, videretur esse remedium congruum quod iura huiusmodi seruarentur, ut rubore suffusi ad sinum et gremium sancte matris ecclesie facilius et citius conuerterentur: cum hec causa reddatur propter quam excommunicati vitari iubentur. Qualiter autem talis negligentia correctionis in prelatibus et superioribus eorum est mortale peccatum inducat: et eis propter dictam negligentiam correctionis sub-

ditorum mala imputetur cum ex negligentia videatur ea fouere, tactum fuit supra in fine rubricae de tertio modo reformationis ecclesie.

Alia negligentia correctionis est: quia graua et grauissima delicta et scelera per personas ecclesiasticas perpetrata quando ea puniri contingit, puniuntur in pecunia: cum deberent talia perpetrantes, perpetuo carceri mancipari.

Et hoc secundum Hieronymum est in ecclesia dei afferre stateras dolosas, in quibus pro arbitrio modo appendimus quod volumus: dicentes hoc graue est, et hoc leue: cum tamen hoc quod sceleratius est commissum, deberet esse grauius vindicatum. Remedium autem esse videretur quod pene pecuniarie que ab ecclesia pro criminibus et personis ecclesiasticis recipiuntur, conuerterentur in pios usus sicut tradunt aliqui doctores esse faciendum de iure.

Rubrica. l. De prima negligentia prelatorum et curatorum ecclesiasticorum circa ecclesiasticum officium et cultum diuinum.

Negligentia nimis manifesta apparet in clero tam in capite quam in membris: et vti nunc non verifcetur verbum in clero. Esaias dicitis, populus hic labijs me honorat cor autem eorum longe est a me. Et illud quod in machabeis scribitur de his qui contempto templo et sacrificijs festinabant participes fieri palestine hoc est vanitatum et occupationum secularium. Nonne notorius est abusus communiter prelatorum, qui propter curam temporalium obmittunt curam spiritualium, et solennitatem diuinorum officiorum, prouisionem anacleti sapientem non seruantes, qui statuit quod quia ipsi

episcopi vniuersiq; sacerdotes ad solaz laudem dei bonorumq; operum occasionem constituuntur tam pro suis quā etiam ecclesiasticis actionibus aduocatos & economos bone opinionis haberent, ne dum humana lucra attendunt, eterna premia perderent. Apostolus scribit quod nemo militans deo se implicet negotijs secularibus: propter quod fuit in canonibus apostolorum, & in sacris concilijs Carthagineñ. et in alijs & a multis romanis pontificibus constitutum, quod prelati & cetera persone ecclesiastice non immiscerent se negotijs, placitis, curis & actionibus secularibus, sed diuinis officijs, orationibus & sacrificijs deseruirent, quod tamen minime obseruatur. In quarto concilio Carthagineñ. c. lxxv. capitulis & sequenti extitit constitutum quod episcopi hospitium non longe ab ecclesia haberent vt diuinis congrue vacare possent: quod minime obseruatur, cum vniuersaq; q; maneria sua, & castra et loca remota exquirant, etiam aliquando in prouincijs alienis, contra prohibitiones. c. lxxv. et. xv. c. concilij Sardicenis. In quinto etiam. c. quinti concilij Carthagenensis fuit constitutum vt nulli episcopo esset facultas, relicta cathedrali ecclesia ad aliquam ecclesiam sue diocesis se conferre in eayel in re propria diutius immorari, ne ex hoc curam vel frequentationem proprie cathedre negligeret. Et in xv. et. xvj. capitulis Nicene synodi ex eadem causa extitit constitutum quod episcopi et reliqui clerici de ciuitate ad ciuitatem non migrarent. Et Grego. statuit quod episcopus deputaret in monasterio, qui in sua ecclesia contemneret residere. Ex ea etiam causa fuit in vigesimo capitulo tertij concilij Carthagenensis constitutum quod episcopi sine licentia metropolitani longius non proficisceretur. Ex eadem etiam causa processit ordinatio concilij Agathensis

septuagesimiprimi capituli quod dicti episcopi, curati et clerici in diebus solēnibus scilicet natiuitate domini, epiphania, pascha, pentecoste se a clero et ab ecclesia non absentarent. Et constitutio Helasij pape quod sine autoritate papali vel concilij prouincialis ad comitatus regales non accederent. Et illud vltimi capituli concilij Aureliani, in quo statuitur quod diebus dominicis si infirmitate impediti non fuerint, ecclesie cui proximi fuerint, deesse non debent, et consimilia. Pauci etiam sunt ex dictis prelatis & superioribus eorundem qui ad officium cum solennitate et absq; occupatione et interpellatione dicendum et audiendum insistant: s; alijs occupationibus, et aliquādo sine nota indēnotē et sincopatine dicitur et minus competenter.

Rubrica quinquagesima prima. De secunda negligentia canonicorum et aliorum qui officio non intersunt: vel si intersunt, confabulantur aut per ecclesiam discurrunt.



